BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
34-5-C-28
133 2 2

FLOSCVLI BENEFICIALES, A MARTINO RAuault in ſupremo Senatu Pariſiorum aduocato collecti.

BEneficia promoti ad Eccleſiam Cathedralem non poſſunt conferri per Papam vt vacantia, antequam promotus poſſeſsionem Eccleſiæ adipiſcatur pacifice. no. glo. in Cle. i. vt Lit. pend. quod intellige de poteſtate ordinaria Sed de poteſtate abſoluta poteſt cum in beneficialibus habeat liberam poteſtatem, vt patet ex tex. d. Cle. in fi.

¶ Beneficia regularia nõ ſunt perpetua ſed manualia & ad nutũ reuocabilia. de ſtat. monach. Cum ad monaſterium. § Inter. in Clem. i. § ad hoc. eo. tit. quod intellige niſi ſint beneficia electiua. Illa enim ſunt perpetua, Nec poſſunt reuocari ſine iuſta & magna cauſa. de ſtat. mona. c. ii. § fi.

¶ Beneficium ſi impetratur per nõ clericum tempore impetrationis, non valet impetratio. Similiter ſi præſentatur non clericus per patronum, non valet præſentatio. Not. aut. de iur. patro. c. conſultationibus.

¶ Beneficia conferre eſt iuriſdictionis licet voluntariæ. No. Io. And. extra Ne ſed. vacan. c. illa.

¶ Beneficii appellatione continetur vicaria perpetua in eccleſia parrochiali. No. Lap. in tract. permutatio.

¶ Beneficii appellatione non cõtinentur hoſpitalia in literis gratioſis ad beneficia conceſsis, Niſi de ipſis hoſpitalibus fiat mentio ſpecialis. Not. Ro. conci. cccxxxii. In aliis autem literis quã literis prædictis, ſi hoſpitale eſt conſuetum conferri clericis in titulum

perpetui beneficii, beneficium eſt, alias non. Not. Frede. de ſenis in tract. permuta. q. xiiii. Veniunt tamen hoſpitalia ſub nomine beneficii, vt no. glo in. c. diſpēdioſam. de Iudi.

¶ Beneficia manualia licet ad nutum ſint reuocabilia, tamen per reuocationē eorum vacare cenſentur. Not. Fred. In tract. permuta. q. xvi.

¶ Item per mortem dicuntur vacare. not. glo. magna in c. Quia regulares de ſup. neglig. prælat.

¶ Beneficia manualia licet per Papam vel eius auctoritate conferantur, tamen ad nutum prælati reuocari poſſunt, quia non intelligitur Papam velle prælatorum ius tollere, Niſi ex certa ſcientia tollat prælato poteſtatem reuocandi. No. Idem Frede. de ſe. in tract. permutatio. q xv. Vel niſi ex certa ſcientia Papa beneficium manuale conferat, vel ab alio collatum confirmet, vel niſi in ſecunda iuſsione approbetur. Et qui certam ſcientiam allegat, illam probare tenetur. no. auten. & Innocen. in. c. Porrecta. de confir vtil.

¶ Beneficia conſueta dari clericis ſæcularibus, non poſſunt dari religioſis ſine diſpenſatione Papæ. Et econtra. Conſueta dari religioſis ſiue monachis, non debent dari clericis ſæcularibus. c. Cum de beneficio de præben. li vi Et quę dicatur ſic aſſueta, ibi notat.

¶ Beneficia omnia ſunt ſæcularia de iure cōmuni, ideo dicenti beneficium eſſe regulare, vel monaſterium, incumbit onus probandi. Et poteſt hoc probari ex prima fundatione beneficii, in qua actum fuit ꝙ eſſet regulare, vel ex eo, ꝙ per regulares rectū fuit per ſpaciū quadraginta annorū. No. Ro. conſi. xxxii.

¶ Beneficium ſi eſt impetratum tanquam ſæculare, ſufficit impetranti probare ꝙ illud in vltimo ſtatu per ſæculares rectum fuit, Niſi ex aduerſo probaretur ꝙ aliquando per regulares fuit rectum, qui a tunc ne

ceſſe haberet Impetrans probare quod tanto tempo re, Videlicet xl. annorum per ſæculares rectum foret No. Ro. Conſi. xxxii. Vide do. de Sancto gemi. in c. cum de beneficio de præben. lib vi.

¶ Beneficium eccleſiaſticum non debet deferri pluribus de eadem domo, ne potius videatur dignitas delata ex ſucceſſione, quam ex canonica Inſtitutione vel electione. Et hoc obſeruari debet in dignitatibus ſæcularibus, fortius in eccleſia vt in c. ad extirpandas de fil. presbit. Ab. in. c venerabilibus.

¶ Beneficiatus non ſufficit quod petat licentiam a prælato ad abſentandum ſe ad ſtudium, vel ex alia honeſta cauſa. Niſi talis licentia ſit obtenta, vt not. Iohan. And. In. c. relatum de cle. non reſiden, quod ſi prælatus in iuxta cauſa non vult licentiam concedere, poteſt per ſuperiorem compelli arg. in. c nullus de Iur. patro. Ab. in. c. Tuæ de cle. non reſiden.

¶ Beneficium non vacans non poteſt concedi ſingulari perſonæ, ſed alteri eccleſiæ poteſt cõferri ſine præiudicio rectoris viuentis, vt in c. conſultationibus, de dona. Et eſt tex. in Cle de reb eccle. non alie. vbi prælatus poteſt vnam eccleſiam etiam non vacantem alteri vnire, rectore non vocato, Quia Ibi nullum fit in ſua vita præiudicium.

¶ Beneficii conferendi poteſtatem habens, non habet poteſtatem deſtituendi, etiam propter delictum non reſidentiæ. facit c. vnicum de capel. monacho. li. vi. Ab. in c ſi quis de for. compe. Niſi talis conferens ſit ſuperior, qui Inuitum deſtituere poteſt. Ab. in. c. relatum. de cle. non reſiden.

¶ Beneficium curatum ſecũdum recipiens, ſiue ſecundam dignitatem, vel perſonatum, niſi de facto incontinenti poſt pacificam poſſeſſionem dimittat primũ In præſentia publicarum perſonarum, eſt priuatus

ipſo facto vtroq;,vt in extrauaganti Execrabilis.Ioã. xxii.,etiam ſi retinens efficitur irregularis, vt in.c. Dudum.ii.de elec. Not.Ab.in.c. Nonnulli, de cle. non reſiden.

❡Beneficium curatum retinens, ſi aliud beneficium ſimplex obtineat, etiam reſidentiam requirens, non vacat primum ipſo facto per adeptionem ſecundi, quia.c De multa loquitur in curatis. Poteſt tamen quis plura beneficia retinere,ſi alterum per ſe nõ ſufficiat,alias ſecus,vt in.c cum teneamur, quod verum niſi ſtatutõ & conſuetudine reſidentiam requireret vtrunq;,quia tunc requireretur diſpenſatio,vt no in c.De multa.Ab.in dicto.c.Nonnulli.

❡Beneficium collatum per ordinarium antequam douoluatur,ſi deuolutio ſequatur poſt collationem, conualidatur collatio ſecundum Abbat. in.c. cum officii de præſcript Et idem tenent Domini de rota.

❡Beneficium dicitur vacans vſq; ad confirmationem electi.

❡Beneficium dicitur electiuum,quando capitulum eligit ſolenniter,etiam ſi poſt electionem alia non ſequatur confirmatio ſuperioris,ſed ſolum fit inſtallatio,puta a præpoſito. Oldra.concil. ſuo.cxlvi. Fely. in.c.cum Bertoldus,de re iudi.

❡Beneficium impetrans debet facere mentionem de qualitatibus beneficii obtenti. Et non ſufficit generalis.Ita Fely.in.c.ad aures de præſcrip.

❡Beneficium cum confertur a Papa motu proprio, vel cauſa remunerationis,valet gratia, etiam ſi nulla ſit facta mentio de beneficio quod habet Iaſon in.l. ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.

❡Beneficium in totum tolli non poteſt, quando beneficium non vacat.Ab.in c.ad hoc.de exceſ.prelato. Diminutio tamen redditũum bene fieri poteſt ex

cauſa etiam ſi beneficium non vacet. tex. in c. i. de reb eccle. non alie. in.vi. Fely.in c. cum acceſſiſſent. de conſti.

¶ Beneficium iuris patronatus ſi non eſt deuolutum & conferatur per epiſcopum, nō tenet collatio, etiam ſi poſt collationem deuoluatur. Fely. in c. cum ex offi cii. de præſcrip.

¶ Beneficia non dicuntur vacare per mortem bene- ficiati, quando illud beneficium eſt de mēſa prælati. glo. in Cle. i. de exceſ prælat. Fely. in c. cū acceſſiſſent.

¶ Beneficium non obtinet ſi quis litigat ſuper titu- lo beneficii, & probat de nō iure aduerſarii, ſed opor tet ꝙ probet de iure ſuo : tex. in c. olim, de reſcrip. glo. in c. I. de eo qui mittit. in poſ. li. vi.

¶ Beneficium ſi quis poſsideat, & ſuperior ſcit ꝙ ta- lis poſſidens non habet titulum, & tacet, adeo ꝙ ille diu ſtetit in tali poſſeſſione, ſuperior non poterit am plius amouere ipſum a ſuo beneficio, ſed bene alius Antho in c. Ad audientiam de reſcrip. Innocen. in c. ex inſinuatione. de procura. Archi. in c. ordinarii de offi. ordina. in. vi.

¶ Beneficia per Papam conferri poſſunt ad tempus & ſub conditione. Fely. in c. ſi. de iud.

¶ Beneficium poteſt amitti per pactum, vt puta quis promiſit facere aliquid, & aſtringit ſe ꝙ ſi non facit, ꝙ vult amittere beneficium glo. in c. cum p. & g. de offic. deleg. in verbo prouulgare, ſi tamen talis obli gatio ſit in manibus ſuperioris, videlicet ordinarii, qui poſsit recipere reſignationem, quia iſtud conti- net in ſe tacitam renunciationem, ſed reſignatio facta in manibus non ſuperioris, qui non poſſit inſtituere, & deſtituere, non valet. tex. eſt in c. quod in dubiis. de renunci Do. de rot. deci. cccvi. incipiente, Item ꝙ ſi actor. in nouis. in tit. de renuncia. Et hoc modo

limitabls tex.c.l. de fal. Adde etiam, ꝙ clericus non poteſt ſe obligare ad amiſsionem beneficii, ſine licentia ſuperioris. No. Ab. in c cum p & g.

℄ Beneficium ſine iuſto titulo non præſcribitur. xii. q ii. alienationes, ſecundum Bal. in aut. decernimus C de ſacroſanc. eccle.

℄ Beneficia in terris Sarracenorum non poſſunt conferri ꝑ papā Ang. in. l. id quod apud hoſtes. de leg. i.

℄ Beneficium collatum vni debet renunciari in manibus ſuperioris & non alterius. Bar. in. l. i. de pet. bo. ſubla. lib. x. per. l. legatum de offi. præſid. & c. cum in dubiis. de renun.

℄ Beneficium collatum vni non poteſt ab eo cōcedi alteri, Bar. in d l. prima. C de petit. bo. ſubla. li. x.

℄ Beneficium vacat per ſponſalia contracta per verba de præſenti Rot. deci. xxvi. ſi impetratur, &c. in No.

℄ Beneficium ſolitum regi per ſæculares, ſi impetretur, ſufficit ꝙ impetrans probet illud conſueuiſſe regi per decem annos, vt tale, niſi ex aduerſo probetur, ꝙ per. xl annos fuit gubernatum vt regulare. Rota deciſione. xxiii. fuit dubitatum, &c. in No.

℄ Beneficialis cauſa non finitur morte rei, ſed actori debet beneficium adiudicari, vel fructus ſequeſtrari, Rot. deci. cxlvii. in cauſa beneficiali. &c. in No.

℄ Beneficia ſubcollectorum, etiam antequam officium ſubcollectoris acceptauerint, ſunt ſedi apoſtolicæ reſeruata. Rot. dec ccx. licet iuxta, &c. in No.

℄ Beneficium incompatibile vacat per aſſecutionem alterius de facto factam, Rot. dec. lxiiii. ſufficit, &c. in No

℄ Beneficium vacare vno de modis expreſsis ſufficit. Rot. deci. lxxxvi. ſi impetrans, &c. in No

℄ Beneficium impetrans non tenetur probare illud a ſe do atum, vel fundatū, prout narrat in precibus

Rot dec.lxxxvii.ſiquis &c.No.

¶Beneficia vacantia apud ſedem apoſtolicam non poſſunt conferri per habentem poteſtatem conferendi beneficia reſeruata. Rot. deci.c.habens,&c in No.

¶Beneficium petens per aſſecutionem quoad effe- ctum adiudicationis ſibi faciendæ debet probare aſſecutionem & vacationem aliter quam per publi- cam famam Rot dec.cclilI. ad effectum, &c.in No.

¶Beneficium acceptari poteſt per habētem gratiam in forma pauperum, etiam gratia non purificata, ſi nō ſtetit per eū,Rot.dec.xvii fuit dubitatum in No.

¶Beneficium acceptanti ſufficit probare beneficium vacaſſe ante acceptationem, licet teſtes verum tem- pus vacatiōis nō deponāt Rot.deci,cxxviii. Sufficit.

¶Beneficium perdit qui per annum perſeuerat in ex communicatione. Inno. in. c. cum bonæ. de æta. & qual Bal.in Margat.ver.beneficium.

¶Beneficium quodcunq; ſit, requirit reſidentiam niſi per contrarium conſtet.Inno. & Ab. in c Nouit de his quæ ſi. a prælat.

¶Beneficium præbendale vacat ipſo iure eo ipſo ꝙ præbendatus aliam præbendam aſſequitur in eadem eccleſia de conceſ. præben.c.Literas.Et eſt hodie ex- preſſum,etiam ſi vna præbenda ex illis præbendis ſit alteri annexa beneficio,vt in Cle.ſi.de præb.

¶Beneficium primum vacat eo ipſo ꝙ illud vnicū tantum habenti conferatur ſecundum incompatibi- le, & poſſeſsionem ipſius ſecundi naniciſcitur, quia valet collatio ſecundi licet ante collationem ſecundi non admiſerit primum. Sed vbi obtinenti canonice plura beneficia incompatibilia,cōfertur aliud incom patibile,nō valet collatio ipſo iure ſine diſpenſatione niſi ante collationem vltimi priora dimittat. Et per acceptationem talis collationis, nullius beneficii ius

perdit, Nec vacant priora beneficia, ſi ſano conſilio vſus ius perdit ante adeptionem poſſeſsionis beneficii vltimi collati. Sed ſi poſſeſsiones apprehendit, priora beneficia perdit. vt not. in Cle. ſi plures de præben. Archid. in c. non poteſt. eo. titu. li. vi.

¶Beneficium primum non vacat per aſſecutionem beneficii ſecundi incompatibilis ex titulo inualido, quem aſſequens validum putauit, vt in c. ſi beneficia de præben. li. vi. & ibi Lapus. quod verum eſt ſi id verum putauit error facti. Secus ſi error iuris, vt not. glo. eo. ti. c. eum qui. in ver. ſcienter.

¶Beneficium primum vacat per aſſecutionem poſſeſsionis alterius beneficii incompatibilis, etiam ſi vitioſe & violenter ipſa poſſeſsio fuerit acquiſita, quia non debet eſſe melioris conditionis inuaſor. No. Ro. conſi. lxi. tex. in c. eum qui. de præben. li. vi.

¶Beneficium primum non vacat per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, quando quis fuit aſſecutus ſecundum ex cauſa permutationis fiendæ de primo. Expectatur ergo, ꝙ epiſcopus reſignationem primi beneficii ex cauſa permutationis expectet, & vacationi conſentiat, & tunc incipit vacare & nõ ante quia adeptio poſſeſsionis ſecundi beneficii nõ eſt facta ſimpliciter, ſed ob cauſam. Ideo expectatur ꝙ cauſa ſequatur. No. Frede. de ſe. in tract. permuta q. ix.

¶Beneficium ſecundum per cuius aſſecutionem inducitur vacatio primi, non poteſt quis recuſare ſine licentia eius, ad quem primi beneficii inſtitutio & deſtitutio pertinet, niſi contraria conſuetudo, quadraginta annorum ſit in contrarium No. Ro conci. xxiiii quarta colum. Ex hoc apparet, ꝙ licet per aſſecutionem ſecundi vacet primum quo ad præiudicium ſuperioris No. Anth poſt Hoſti. in c. de mul. at. de præb. verſi. Oppono, illi.

¶Beneficium curatum vel non curatum, requirens tamen continuam reſidentiam, non vacat ipſo iure per adeptionem alterius non curati, etiam continuã reſidentiam requirentis, Sed habet electionem beneficii retinendi. Et eſt neceſſaria monitio, Et priuatio No. Ioan. And. in addi. ad Specu. in ti. de cle. non reſiden. c. i. §. i. Niſi conſuetudo aliter ſe haberet, vt no. per eum & Matthæum in c. de multa. de præben. Idem No. in conſiliis ſuis. Conſi. clxiii. Et idem te. do. Fran. de Zab. c. ſi. de cle. nõ reſident. Contrarium tenet inno. in c. ſi & in c. Tuæ, quod c. loquitur in curatis ac dignitatibus & perſonatibus duntaxat, prout dicit Ioan. And. & Oldra. Imo etiam loquitur de inferioribus beneficiis, quod patet, quia cum prius dixerat ſe primum habere pro derelicto per acceptationem ſecundi. Et conſequenter primum ipſo iure vacet. Poſtea ſubiicit, ꝙ licet primum vacet de iure, nõ tamen vacat de facto, Et ideo conferri non poteſt. Fallit in caſu c. de multa. de præben. præalle, quod loquitur in præben.

¶Beneficia duo curata poteſt quis tenere in duobus caſibus. Primus, ſi vna eccleſia dependet ab alia, vel quia alteri eſt vnita, vt c. i. ne ſed. vacan. Idem quãdo eſt vnita beneficio ſimplici, vt in c. ſuper eo. de præben. Secundus, quando quis habet vnam eccleſiam in commendam, aliam in titulum, c. nemo. de elec. lib. vi. Ab. in c. dud. de cle. glo. & Inno. in c. cum te. de æta & qualit.

¶Beneficium curatum ſeu dignitatem habens, ſi ſecundum conſimile recipit, & illico non dimiſerit primum in manibus ordinarii ipſo facto eſt priuatus vtroq;, & efficitur inhabilis ad ſacros ordines, & ad quæcunq; beneficia eccleſiaſtica. vt in extrauag. Io. xxii. quæ incipit, Execrabilis. §. quia vero de qua ſa-

dit mentionem Abb.in.c.dudum,de elect.
Beneficia plura etiam ſimplicia, quorum alterum vni perſonæ ſufficit,tenens peccat mortaliter.no.glo. in c.dudum,de elect.quod limitat ibi Abb.vt procedat quando quis vult ſibi lucrifacere fructus ad vtilitatem priuatam,& ad augendum patrimonium vult illos cõuertere,nam ad iſtum effectum non valet etiã conſuetudo in contrarium, cum ſit contra ius & rationem,vt in.c.ratio nulla.& quod ibi not de præb. Et cõtra officium pietatis.xvi.q.i c ſi.&.xii.q.ii.epiſcopus.Et iura diſponentia vt quis poſſit habere plura ſimplicia beneficia,diſponunt circa poteſtatem retinendi plura beneficia.Secus ſi diſponerent,vt pro libito voluntatis talis clericus poſſit de fructibus diſponere,vt no.Abb.in d.c.dudum.Abb.in c cum eccleſiaſticæ de exceptio,
Beneficia plura ſimplicia põt quis etiam ſine peccato obtinere,cũ non ſit hoc a iure prohibitum. Fac.c. dudũ.de elec.de præb.c.cum iam dudũ.gl.in.c.gratia,de reſc.lib.vi.Io.an.in.c.ꝑterea.de æta. & quali. Idem ſi quis habeat ſimplex altare in plebe rurali in quo teſtator mandauit ibidẽ diuina celebrari, quia nõ tenetur perſonaliter deſeruire.no.Io.Cald.de ꝑb. c.ſuper inordinata.Regulare enim eſt,ꝙ vbi nõ exigitur de iure pſonalis reſidentia,ſufficit deſeruire per vicariũ.no gl.in.c.ſuper eo.de præben lib vi.
Beneficia plura curata poteſt quis licite de iure cõl tenere,caſualiter tñ,vt in.c.ſuper eo.de præbẽ.lib vi. Et no in cle.per literas,de præb. ꝙ qs põt habere plura hoſpitalia.Et ſi quodlibet hoſpitale haberet eccleſiã curatã annexã,plures eccleſias curatas de iure põt poſſidere,vt affert Pau.in ſua alleg.xxxvi in ſi.
Beneficium curatum non poteſt cõferri minori annis exiſtenti in ſacris,quia fuit promotus ante legiti-

138

mam ætatem. Et etiam multo fortius ex hoc vitiare-tur impetratio, nam paria ſunt, vt quis non ſit ordinatus ad ordinem requiſitum, vel ꝙ ſit promotus ante ipſum. vt glo. in. c. ei cui. de præb. lib. vi. Et hoc caſu intelligitur glo. in cle. generalem. de æta. & quali. vt refert Abb in. c. pro illorum de præb.

¶ Beneficium abſenti collatum non poteſt alteri conferri niſi renunciet, licet nondum acceptauerit is cui collatum eſt beneficium. Et ſi conferatur, non conualeſcit collatio, licet primus renunciet. Abb in. c. accedens, de præb. Bal in margarita. verſi beneficium.

¶ Beneficium curatum vacat ſtatim poſt acceptationem ſecundi pacificam. c. licet epiſcopus de preben. lib. vi. Niſi fuerit facta diſpenſatio. c. de multa. de præb Item niſi alterum ſit nō curatum, licet reſidentiam requirat. Oldra conſi. 165.

¶ Beneficium vacans per renuntiationem non poteſt peti ab impetrante primum vacaturum, quia intelligitur in dubio de primo vacaturo per mortem Bal. & . in. in. l. ſi quis ſic ſolu. mat.

¶ Beneficiū eccleſiaſticū nō pōt conferri alteri donec de eo lis moueatur inter alios c. ii vt lit. pēdet. li. vi.

¶ Beneficium eccleſiaſticum vacans non poteſt conferri per ordinarios infra menſem acceptationis, præfixum habenti expectatiuam vacaturi. Rot. dec. xcviii. in No.

¶ Beneficiū reſignatum non poteſt propria auctoritate reſumi Rot dec. xxiii. fuit dubitatum in no.

¶ Beneficium ad quod quis eſt diſpenſatus non poteſt reſignari, niſi ex ſpeciali conceſsione. Rot. dec. ccxlii ſi illegitimus in no.

¶ Beneficia conferre, eſt voluntariæ iuriſdictionis Ioan. And in. c. illa, ne ſed vacan. & de elec. c. noſti.

¶ Beneficium poteſt conferri ſub conditione ſi

vacabit,de præben.c.ii.in.vi.c.ſi tibi.eod.tit.& lib. in glo in c.ii.de ele.li.vi.

¶Beneficii appellatione includitur præbenda largo modo,Ludo.in conſi.ccxvii. Item dignus, & minora beneficia c i de renun.in.vi. quod verum in fauorabilibus,non in ambicioſis, ſecundum Pe.Mor. in c.ſi.de offi.vica.in.vi.Item vicaria perpetua in eccleſia parochiali,Lap. in permuta.bene. Sed non hoſpitalia in literis gratioſis, niſi expreſſe dicatur. Ludo in con. cccxxxii. ſed in aliis ſic ſi hoſpitale conſueuit conferri clericis in titulum, Lap. in d. tra. q. xilii. veniunt tamen ſub nomine officii. glo. in cle. diſpendioſam,de iudic.

¶Beneficium ſæculare mutat ſtatum ſpacio. xl. annorum Item econtra in bene.regulari,puta beneficiũ quod ſolet regi per ſeculares, poteſt regi per regulares. Et hoc quando per ſpacium quadraginta annorum iſtud ſeruatum eſt. Et idem de regulari. Et hoc modo intelligas tex.in c. cum de beneficio. de præbend.in.vi.

¶Beneficium quod ſolitum eſt regi per ſeculares clericos,Abbas & monachi non poſſunt ad illud præſentare regulares.Fely.in c.in noſtra.de reſcrip.

¶Beneficia abbatis electi ſtatim vacant,ſecus in epiſcopo, quia non vacant niſi facta conſecratione, Fely. in c meminimus.de accu.

¶Beneficiorum Dioceſis appellatione non veniunt exempta.Fely.in c.graue,de offi ordi.

¶Beneficium curatum habens, ſi aliud ſimile aſſequatur, niſi primum in manibus ordinarii realiter & de facto infra menſem dimittat, inhabilis hodie efficitur,Secundũ Ioan. And in cle ſi plures.de pręb. An autem idem ſit in dignitatibus,& videtur ibi vel ſe quod ſic,in glo.ſi.relatu.cum tex. prædicto. Intel-

lige quando ſecundum aſſequitur pacifice, per. c. cõmiſſa. de ele. In. vi. Per cle. gratiæ. de reſcrip.

¶ Beneficium curatum non vacat, licet quis in eadẽ eccleſia aſſequitur parochialem eccleſiam annexam præbenda eſt principale.

¶ Beneficium quod non eſt curatum, & eccleſia parochialis ſibi annexa eſt acceſſorium, cui deſeruitur per vicarium perpetuum. de præben. c. ſuper eo. lib. vi. Et in extrauag. Execrabilis circa finem.

¶ Beneficia non vacant per ſponſalia, ſed per matrimonium per verba de præſenti contractum, licet nõ conſummatum, quãquam de hoc ſecundo fuerit dubium. no Ro. conſi. xxvi.

¶ Beneficia quæ ſunt de menſa epiſcopatus, vel monaſterii, nõ dicuntur vacare per obitum rectoris. No. Fred. i tract. ꝑmu q. xxxiiii. No. Ro conſi. cclxxiii.

¶ Beneficium curatum ſecundum recipiendo vacat primum, ſecundum. c. de multa de præb. fallit niſi ea lore iracundiæ quis illud recipiat, quia tunc non vacat primum, vt in c. ex literis, de diuor. quod eſt verum, ſi incontinenti pœniteat, quia calor iracundiæ eum excuſat, vt ibi not. Ab. in c. de mul.

¶ Beneficiatus qui in primo beneficio fecit expenſas ex proprio matrimonio nõ cogitur dimittere illud, accipiendo ſecundum incompatibile, Niſi ſibi ſatiſfaciendo de expenſis, arg. xii. q. ii quicunq; Ex quo nota, quod ſi clericus moritur ſine teſtamento, poteſt hæres eius repetere expenſas quas clericus fecit de patrimonio in beneficio. Et fortius hoc procedit ſi ſpecifice clericus illas repetendas decernit. no. ab. in c. de multa de præb.

¶ Beneficium primum non vacat per adeptionem ſecundi, ſi ſuperior primi beneficii non vult habere ratam collationem ſecũdi ſed repetit ipſum clericum.

Et hoc ideo, quia non poteſt clericus directe & expreſſe renunciare beneficio ſuo, ſine licentia ſui ſuperioris, Ita nec recipiendo ſecundum, de Renunc. c. admonet Et in c. quod in dubiis. Et requiritur conſenſus cuiuſlibet qui neceſſario requiritur in renunciatione expreſſa, vt collatoris & patronorum. no. Ab. in c. de multa de præb. Si tamen ſuperior acceptauerit iſtius tacitam renunciationem, tunc valet, vt no. Ab. in c. ex ore, de iis quæ fi. a maiore part. cap.

Beneficium primum non vacat per acceptionem ſecundi incomparabilis, niſi poſt habitam pacificam poſſeſſionem ſecundi, nec ſufficit quod in momento habuerit illam pacifice, ſed illico moueret ſibi quæſtionem de iure, vel de facto, quia non dicitur fuiſſe in poſſeſſione qui non ſtetit in ea ad hoc tex. cum glo. in c. commiſſa. de elec lib. vi. in Cle. gratiæ. de reſcrip. & ibi Panor. no. Ab. in c. de multa, vbi vide per eum iura quæ poſt d. c. de multa emanauerunt. Idem ſi non poteſt clericos fructus ſecundi beneficii habere, quia ex priuilegio forte debentur alii, quia tunc non vacat primum, vt in c. ſi tibi conceſſo. de pac. Item extenditur hoc ad regulares dignitates, vt in c. cum ſingula officia. de præb. lib vi. Et ad priora tus conuentuales, vt in Cle. I. de ſupple. neglig. prælat. Et ad vicariam perpetuam beneficii curati, vt in Cle. I. de offi. vica.

Beneficia plura poſſunt vni ſoli conferri, quando non reperiuntur Idonei. Et tanta indignitas eſt in eis, quod non ſine peccato, vel graui aliorum ſcandalo, non poteſt multis prouideri, quia omnes ſunt indigni, ad hoc. xx. q. I. c. i Et ſic intelligitur prędicta apoſtilla hoſtien. in c. grauis. de præben.

Beneficium renunciatum poteſt ſtatim alii conferri per ſuperiores, non citato renunciante. Inno. in c.

accepta de reſtitut.ſpolia.

Beneficium ſemel poſſeſſum ab vno præſumitur vſq; ad mortem ſemper poſſeſſam ab eodem, & non habitum pro derelicto, ſecūdum do.de rot.dec.cxx.

Beneficium collatum a Papa poteſt renunciari in manibus Dioceſani,Bal,in l.adoptionū.C.de adop.

Beneficium ſi vno modo eſt æſtimatum,& impetratur ab aliquo, licet poſtea reperiatur eſſe maioris valoris,valet impetratio.Bal, in l. ſi fideiuſſor. §.ſi. de leg.i.

Beneficii titulus debet oſtendi per poſſeſſionem auctoritate ſuperioris c.i.de re.Inno.lib.vi.Bal.in.l. Ciuile.C.de fur.

Beneficium non curatum poteſt conferri maiori ſeptē annis, etiam ſi ſit prioratus,ſecundum Frede. de ſe conſi.cxxvii.

Beneficium non confertur in inuitum, Bar. in l. quidem.ff.ſi.cert.pet.arg.cōtra in.l.ſoluere de ſolut. Bal.in.l.certum C.vnde cognat.Dicit ꝙ beneficium inuitus acceptare quis non cogitur,etiam a Papa vel Imperatore Et tenet Bal i l.nec emere.C.de iur.deli.

Beneficium curatum ſi ſit certo tempore rectum ſine cura, habetur pro non curato, Bal. in.l.ſi mater. C.ne de ſtat.defunc.

Beneficium eccleſiaſticum vacare in eccleſia dicitur, ſi vacat in cimiterio, vel capellio eccleſiæ, Rot. dec.cc.habens gratiam, in no. vnde acceptari poteſt per habentem gratiam vacaturi in tali eccleſia, in d.deci

Beneficium poteſt accepetare infra mēſem,etiā gratia non purificata, dummodo purificetur poſt, ſed prouiſio facta per executorem nō valet ante gratiam purificatam,Rot dec.cccxx in no.

Beneficium dicitur conferri per inductionem in

poſſeſſionem, factam ab habente poteſtatem confe-
rendi, Rot. dec. ccccxlvi. Fuit dubitatum. In no. Old. conſi. cxliii.

❡ Beneficium rectum aliquando pro non curato, & poſtea pro curato, habetur pro curato. Bal. in, l. ſi mater C. ne de ſtat. defunct.

❡ Beneficia etiam abſenti conferri poſſunt, Bal. in. l. ſancimus. C. de la. liber. tolle.

❡ Beneficiũ eccleſiaſticũ non comparatur in legitimã filio clerico, Bal. in. l. omnimodo. C. de inoffi. teſta.

❡ Beneficia clerici etiam criminoſi qui notorie homicida eſt, non vacant ipſo iure, ſed per ſententiam, Bal. in. l. cum fratrem C. de his qui. vt indig.

❡ Beneficiatus plene non dicitur, qui non habet poſſeſſionem beneficii. Bal. in. l. quid ſit. & in. l. venditor ff. de hære. vel ac. vendit. vbi dicit, quod non vacat primum beneficium, Niſi quis habeat poſſeſsionem ſecundi. quia non dicitur plene habere, niſi poſsideat, per. c. cum in cunctis. de elec.

❡ Beneficium fructat id tantum quod deductus expenſis fructat. Bal. in. l. 1. C. de fruc. & litis expen.

❡ Beneficium eccleſiaſticum non poteſt conferri non tonſurato. Bal. in Marga. ver literæ.

❡ Beneficii etiam vacantis poſſeſsio non poteſt ab alio occupari, Inno. in c in præſentia de probatio. Bal. in Marga. ver. poſſeſsio.

Beneficium indigno non confertur, Bal. in. c. quæſitum. de titu. qui cu. ven. de vſibus feudo.

Beneficium non poteſt conferri clerico in eadem eccleſia habenti perpetuam vicariam, & fructus eius, quia non dicitur ydoneus ad beneficium. Old. Conſi. cccxxxii.

Beneficiorum obtentorum valor debet exprimi in impetratione alterius beneficii impetrandi, Rot.
dec.

dec.ccxcv.licet impetrans &c.in no.

¶ Beneficium poteſt acceptari quodcunq; modo vacans per habentem expectatiuam de vacaturo ſimpliciter, non expreſſo alio modo genere vacationis. Ro. dec.cccxi.

¶ Beneficia reſeruata non veniunt appellatione beneficiorum vacantium, vnde conferri non poſſunt per habentem poteſtatem conferendi beneficia. Rot. dec. cxxi i. legatus, in no.

¶ Beneficium Angliæ, renunciatum Romæ ab vno etiam Anglico, dicitur vacare Romæ vbi facta eſt renunciatio, & non in Anglia, licet ibi ſit beneficium, ſecundum Bal.& Bar.in l.titius ff.de excu.tuto.no. in.c.ii de præb.in.vi.

¶ Beneficii reditus nedum debent eſſe ſufficiētes clerico, ſed etiam ſuis, vt in.c.ſtudeat.l.diſt. Et intellige de ſuis qui quaſi neceſſario tradunt moram cum clerico, nam ſecundum qualitatem perſonæ debet habere famulos, non enim debet mendicare ſi eſt doctor, vel notabilis perſona oportet q; habeat famulos, & pauper qui alias eſt nobilis non indiget tanto apparatu. De diuite autem qui non eſt ſublimis vel literatus non debet haberi talis reſpectus. no in.c. de multa. in ſi.xxi.q.i.c.i Abb.in.c extirpandæ.de præben. Tamen apud Deum non eſt perſonarum acceptio.

¶ Beneficium curatum habens ideo tenetur perſonaliter reſidere & non per vicarium, quia videtur electa induſtria perſonæ, & ſic non poteſt alteri cura delegari, in.c.is cui.de offi.deleg lib.vi.de offi. deleg.c.ſi. ſa. l. inter artifices.ff.de ſolu.& hoc niſi ex cauſa vellit habere vicarium, vide no in.c.cum ex eo.de ele.lib. vi Abb.in.c extirpandæ.de præb.

¶ Beneficia plura quis habere prohibetur. Et hoc nō ſolum habet locū in dignitatibus & curatis, ſed etiā

B

In ſimplicibus beneficiis iure ſubſtãtiali ceſſante, per c. ſanctorum. lxx. di.

¶ Beneficium quantumcunq; minimum de iure cõmuni requirit reſidentiam, vt in. c. conquerente. de cle. non reſid. Inno. in. c ſi. eodem tit. Nec obſtat tenuitas redituum quia tunc debet vnum alteri vniri xxi. di. c. clericus. Aut erat a principio tenue, Et ſibi imputãd. quia permiſit ſe in tali beneficio intitulari Et ſi exiguitas ſuperuenit poſt collationem, diſpenſatiue videtur papa duo beneficia ſimplicia per vnum retinere, cum hoc videatur prohibitum a iure communi vt in. c. clericus. xi. q. i.

¶ Beneficia omnia licet de iure ſcripto reſidentiam perſonalem requirant, iure tamen ſpeciali permittente fructus in abſentia percipere, nullo etiam vicario ibi ſubſtituto, minime prohibetur, dummodo graue præiudicium ex hoc non inferatur. In curatis tamẽ nequeunt prædicta locum ſibi vendicare. Ex quo ſequitur correlatiuum conſuetudines non valere vt per ſubſtitutum poſsit quis in curato deſeruire. Item infertur aliud, curatũ propria auctoritate nequire in cura ſua & longum tempus alium ſubſtituere, fundat. Ab quia licet curatus non deſeruiat attenta conſuetudine eſſet periculoſum & oneroſum animabus parrochianorum, vt no. in. c. de multa. Et q̃a ipſius rectoris induſtria ad hoc videtur electa. vt in c. ſi. de off dele c. is cui. eo. ti. lib. vi. In bene. tamen ſimplici non eſt talis conſuetudo oneroſa quia potuit induci ex cauſis rationabilibus ad hoc. c. omnis de conſtitutio. etiam nullo vicario inſtituto cum limitatione tamen, ſi eccleſia non indiget ſeruitore quia alii ſunt q̃ adminiſtrant diuina. Et ex hoc tamen videtur ꝙ ſi fundator voluit plures facere ſeruitium fundatum quod omnes intereſſe debeant

etiam vſq; ad finem quia multorum præces maioris
ſunt efficacie.

¶Beneficiorum diſpoſitio in dioceſi regulariter per
tinet ad epiſcopum no. Ro. Conſi. ccccxxxi ſed in
collegiatis eccleſiis ſpectat collatio ad prælatum &
epiſcopum. Et non requiritur alia confirmatio ſu-
perioris. Electio autem prælati ſpectat ad capitu-
lum. Et non confirmatio ad epiſcopum no. An-
tho. in. c. cum eccleſia de elec. Niſi priuilegi-
um vel conſuetudo aliud inducat vt ibi no. Col-
latio autem capellaniarum ad prælatum pertinet
in cuius eccleſia ſunt capelle ſundate no. Antho. in
c. querelam.

¶Beneficium poteſt conferri ſub altero modo va-
candi videlicet. Si vacat tali modo vel tali, vel quod
cunq; alio Item poteſt conferri non expreſſo modo
vacandi ſed ſufficit dicere confero talem beneficium
vacans Lap. allegat. vi.

¶Beneficium acquiritur per ſolam collationem ſiue
prouiſionem per quam ius quæritur, etiā ante poſ-
ſeſſionem adeptam, de Reſcrip. gratia. Et de præb.
ſi tibi abſenti. in vi.

¶Beneficii poſſeſſionem ingrediens propria aucto-
rita te per executionem ſententiæ, vel alio legitimo
titulo, Non priuatur iure ſuo, ſi nullam violentiam
commiſit. no. Ro. Con. ccccxvii Secus ſi violenter in-
trauit, vt not. Ro. Con. xvi.

¶Beneficium ſemper eſt curatum quando eſt prin-
cipalis dignitas in eccleſia collegiata, ſi ad id eligi-
tur quis in rectorem & prælatum per capitulum il-
lius eccleſiæ. not. Rom. Conſi. ccccxxxii. quod not
Lap in c. cum in illis. de præben. lib. vi.

¶Beneficium non poteſt aliquis reſignare niſi au-
ctoritate ſuperioris ad quē pertinet reſignationes reci

pere,& beneficia conferre.Not.Ro. Conſi. cccc.viii.
Et ad illum pertinet reſignationem recipere, qui po-
teſt reſignantem inuitum deſtituere. Roma. Conſi.
cliii prædicta vero,quando reſignans habet ius in re,
ſed ſi ſolum habet ius ad rem poteſt renunciare in
manibus cuiuſcunq;.Not.Rom Conſi.cclxix.

¶ Beneficium ſi eſt acceptatum tanquam vacās vno
modo,ſiue per mortem vnius,quod vacabat per mor
tem alterius,valebit acceptatio,ſed nō prouiſio,quia
acceptatio nō eſt niſi quædam declaratio volūtatis,
quæ ſatis declarata eſt,qn̄ cōſtat de corpore beneficii,
licet fuerit erratū in pſona no ro cōſi.cclxix.

¶ Beneficium impetrans tanquam vacans per obi-
tum,non tenetur probare titulum ſui prædeceſſoris,
ſed ſufficit quod probet eum poſſediſſe, & pro tali
reputatum fuiſſe. Idem in eo qui prætendit ius in be
neficio ex cauſa permutationis,quia non tenetur pro
bare de titulo eius qui ſecum permutauit.ſed ſolum
de poſſeſſione & reputatione.Not.Rom.Conſil clx.
Vide omnino Lapum alleg.lxxxviii vbi dicit,quod
ſi contra probantem communem reputationem &
famam defuncti, reputaretur habere certum titu-
lum, ſed inualidū,ex hoc nō cōcluditur eū ius nō ha
buiſſe,quia poteſt eſſe quod habuit aliū bonū titulū.

¶ Beneficia non poſſunt dari ad tempus per inferio-
rem a papa.No.glo in.c i.de capel.mona.lib vi.

¶ Beneficia vacantia per aſſecutionem dignitatis ad
quam pars eſt electa & confirmata in curia, non di-
cuntur vacare in curia,ſed in eo loco vbi dignitatem
aſſequitur per ſe vel per procuratorem ad mandatū
habentem,Si autem non habet mandatum, tunc va-
caret in loco in quo fuit ratificatio. Sed ſi p oſt con-
firmationem,ante tamen conſecrationem erat poſſeſ-
ſionem adeptus,tunc vacat in curia,vbi fit cōſecratio

Vbi autem poſſeſſionem dignitatis non fuiſſet aſſecutus per ſe nec per alium, ſi per eum ſtat quominus aſſequeretur, tunc vacant in loco in quo vacaſſent, ſi poſſeſsionem aſſecutus fuiſſet No. glo. ſing. in Cle. i. vt lit pend. Super verb. collatio &c.

¶ Beneficium vacans ex renunciatione per procuratorem ad hoc mandatum habentem in curia facta, dicitur vacare in curia, licet principalis tempore renunciationis ſit extra curiam, ſed ſi procurator nō habuit mandatum ad hoc, ſi tamen principalis ratificauit dicitur vacare in loco ratificationis Not. glo. ſingul. in Cle. i vt lit. penden. ſuper verb. collatio &c.

¶ Beneficium primum non dicitur vacare per aſſecutionem adminiſtrationis alterius incompatibilis delatæ ex conſuetudine vel eccleſiæ ſtatuto, ſed de vacāte. Nec propter talem adminiſtrationem cum retentione primi beneficii quis incidit in pœnam conſtitutionis Execrabilis. Pro quo vide Ioan. And. de offi. leg c deliberatio. lib. vi.

¶ Beneficium manuale ſi conferatur monacho per papam, vel collatum per abbatem papa, confirmat, non poterit abbas reuocare, niſi ex cauſa noua ſuperueniente. Not. Antho de elec. cum Iurib. Et vide Ioā. and. de præb. c. niſi. de offi. ordi. c. præſenti. lib. vi. In nouella. vbi dicit, ꝙ monachus cui papa cōtulit prioratum non manualem, quo ad illum eſt ab abbate emancipatus. Hoc intellige quando papa confert ex ſui poteſtate. ſecus ſi ex deuoluta, quia tunc natura & vires beneficii non alterantur. no. Ant. de confir. vtil. porrecta. Lap. de caſtel. allega. lx. & xxii. dicit, ꝙ licet beneficium manuale oblatum monacho per papam ſit pro illa vice perpetuum, tamen ſi poſtea vacat, redit ad naturam ſuam & efficitur manuale. Et idem no. Anto. de confir. vtl. porrecta.

¶ Beneficium quo quis ipſo iure eſt priuatus, poteſt conferri per ordinarium antequam ille per ſententiã declaretur priuatus.no.in c licet epiſcopus de præb. lib.vi. Licet non poſſit eo non vocato auferri poſſeſſio.Ita concludit antho.de reſti.ſpolia ſolicite,Idem dicit.de elec.c.commiſſa.lib.vi.

¶ Beneficia eccleſiaſtica ſi vniantur, ita quod ſic fiat corpus vnicũ,fit transfuſio iurium vnius ad alterum. Secus ſi vniantur non totaliter, quia viuant ſub diuerſa regula.Bal in.l.ii § communia de leg.

¶ Beneficiũ inutile,ꝑpetuo nõ dicitur beneficiũ.Intantũ quod habẽs illud poteſt aliud impetrare,etiam mẽtione nõ facta de primo inutili,nec dicit̃ ſubreptitia tunc impetratio ſecundi Bal l.i i §. communia. de lega.

¶ Beneficium eccleſiaſticum nõ poteſt conferri excõmunicato,ſed optatio & acceptatio per eum fieri poteſt Rot.dec.ccviii.acceptatio. In No.

¶ Beneficia eccleſiaſtica non retinent clerici coniugati.Specu.de cler.coniug.

¶ Beneficii acceptatio valet, licet erretur in nomine eius per quem vacat.ſed nõ valet prouiſio tunc Rot. deci.ccxxiii.licet impetrans,&c in No.

¶ Beneficialis impetratio cum clauſula ſi neutri litigantium ius competat, in eo eſt ſubreptitia, niſi fiat mentio de qualitate beneficii, Et de modo vacandi,Et de reſeruatione.Rot.dec ccxlii. Impetrans, &c.in No.

¶ Beneficii vacantis collatio facta per papam, non præiudicat expectatiuis aliorum Rot. dec. ccxlviii. licet de more.

¶ Beneficii taxa eſt probanda per impetrantem, cum ſit pars gratiæ. Rot. dec. cccxl. auctor. &c. in No.

¶ Beneficii obtinendi diſpenſatio extenditur ad primum & vnicum. Rot. deci. cccclii ſi illegitimus. in No.

¶ Beneficium ſi ſit vnicum, non debet de eo prouideri ei cui mandatum eſt de aliquo beneficio in tali eccleſia prouideri. No. Rot. deci. ccxix. voluerunt, &c. in no.

¶ Beneficium curatum vel dignitas, non vacat impetratione generali beneficiorum. Bal in. l. eam quam C. de fideico

¶ Beneficium ſiue curatum ſiue non curatum vacat per adeptionem ſecundi beneficii curati, requirentis reſidentiam continuam. glo & doc. in. c. cum non ignores. de præben. & in cle grego. de reſcriptis.

¶ Beneficia abbatis electi vacant ſtatim, etiam eo non benedicto. Secus in epiſcopo non confirmato, Oldr. Conſi. xliii.

¶ Beneficii vacaturi concedendi licentia concedi per epiſcopum non poteſt, Niſi ei quem conſtituit vicarium generalem Oldr. Conſi lxxvii.

¶ Beneficia conferri non poſſunt per archipreſbiterum ſede vacante, qui ex forma conſtitutionis gerit vices epiſcopi. Oldr. Conſi. cli.

¶ Beneficium impetratum per vnum cum clauſula, vt diſcutiatur de vita & idoneitate ſua per aliquem, poteſt iterum conferri per ordinarium. Oldr. Conſ. clxxv.

¶ Beneficium vacans per aſſecutionem, Petens non tenetur probare vacationem & aſſecutionem, ſed ſolum gratiam ſibi factam ad excludendum petitionem aduerſarii. Rot. dec. ccxlix. habenti gratiam. in No,

¶Beneficii reſtitutio non poteſt peti per eum, qui ſpoliatus cum iuramento promiſit non petere. Rot. deci.cccv.ſi agenti.in no.

¶Beneficii titulus nō probatur per confeſſionem aduerſarii, niſi in poſſeſſorio iudicio, ad finem reſtituendi ſpoliatum. Rot.deciſio.cccxli.fuit dubitatum. In nouis.

¶Beneficium conferri non poteſt, niſi citetur hi quorum intereſt. Hoſtien.& doct in.c.cum ſecundum.de præb. Licet contra notetur in.c.licet epiſcopus,eod. tit lib. vi.

¶Beneficia eccleſiaſtica non ſunt de bonis noſtris. Ideo ſuper eorum dominio non poteſt eſſe lis, ſed ſunt in quaſi bonis,& quaſi poſſidentur. Specu.de appella.§.xv.

¶Beneficiorum pluralitas, ineligibilem reddit. Specu.de electio.§.i.

¶Beneficia promoti ſeu prouiſi in epiſcopum per papam, non vacant donec prouiſus conſequatur adminiſtrationem & poſſeſſionem maioris partis bonorum.not.in.c.cum in cunctis.§.vero. Et ibi Abb. de elect.Et plenius notatur in.c. tibi conceſſo. de præb. lib.vi.

¶Beneficii vnius plures collationes, ſeu inſtitutiones poteſt quis ad cautelam prouocare.Et hoc eſt tutum quando quis dubitat de validitate primæ collationis,vt in.c.non ſint.de arbi.not.Abb.in d.c.

¶Beneficio, nec redditibus beneficii debet priuari exulans ſine culpa extra locum beneficii,vt in.c.quanto.lxiii.diſt no.in c.bonæ.de poſtu. prælato. Inn.in c ii.de ope.no.nuncia.

¶Beneficium ſine legitimo titulo non poteſt haberi,vt in regula.i.de regu.iur.in vi. propter contumaciam tamen abſentis actor miſſus in poſſeſſionem ex

ſecundo decreto acquirit poſſeſſionem. Et poteſt beneficium præſcribere per decem annos inter præſentes,&.xx.inter abſentes dum tamen habeat titulum coloratum.Satis colligitur per no. glo.& doc.in.c. contingit.de dolo & cõtuma.Et per Ab.in c. literas de reſtit.ſpoliat.Ioan. And.in.c. ſine priore. de reg. iur.in.vi.in mercu.nam talis videtur habere beneficium pro derelicto per tantum tempus in præiudicium ſui,ad hoc quod legitur, & no.in.l. ſi ideo §. i.de acqui.hæred.& tamen per hoc taliter poſſidens acquirit ius prælaturæ, nec beneficii dominum poſtulat.quia in iſtis beneficialibus regulariter ſententia non tranſit in rem iudicatam reſpectu ſuperioris, licet tranſeat in rem iudicatam in odium illius,contra quem lata fuit,quia nullum ius ſibi reſpectu tituli de nouo tribuit. No. glo. in. c. primo de conceſ. præben.Et no.in.c.cum olim de do.& contu Et per ſtatuta pragmaticæ ſanctionis in ti.de pacif poſſeſſ. Sufficit cum titulo colorato pacifice poſſediſſe per triennium,vt pars aduerſa repellatur,& in petitorio, & in poſſeſſorio.Poterit tamen ordinarius impugnare titulum inualidum.

¶Beneficium omne pro titulo aſsignatum, etiam ſi ſit vicaria,requirit reſidentiam.lxi.di. de offi.vicar. c.ex parte. Qui enim non ſeruit ,non debet viuere de altari.no Inn.in.c.cum ſecundum. de preb quod ſecus eſt in penſionibus vel ſtipendiis aſsignatis aliquibus quaſi bene meritis. xvi.q.i. poſſeſſiones. Vel cauſa pietatis vel eleemoſinæ.xxxii. di.ſi quis. Non enim de talibus habet conqueri eccleſia, cum quod habeat ſit deputatum pietati. liii. di.multos. xii.q. ii.In aliis autem beneficiis eccleſiaſticis omne beneficium quantumcunque exiguum requirit reſidentiam , niſi contrarium probetur , Secundum

Innocen. Hoſtien. & Ioan. and. in c. finali. de cleric. non reſiden.

¶ Beneficium ſecundum recipiens, quod requirit continuam reſidentiam ſicut primum, licet per receptionem ſecundi videatur renunciare primo, per iura vulgaria, & not. in. c. finali. de clericis non reſiden. Non tamen videtur renunciare primo, ſi primum vel ſecundum requirat reſidentiam temporalem, ſcilicet, quatuor vel ſex menſium, cum vtrunque facere poſſit. l. aſſumptio. § vias prudentibus. ad municipa. c. dilectus. de reſcrip.

¶ Beneficia duo quis tenere non poteſt ſine peccato mortali, quando alterum per ſe ſufficit, ſecundum gl. in. c. dudum. ii de electio. quod limita, niſi ſint ſibi collata non ratione perſonæ, ſed propter vtilitatem eccleſiarum, vel beneficiorum, vt quia eſt homo induſtrioſus, & bonæ conſcientiæ. Nec excuſatur talis propter diſpenſationem quo ad Deum, ſi fructus qui ſuperſunt non conuertat ad pias cauſas. No. Abb in c. conquerente. de cle. non reſiden.

¶ Beneficiatus ſi petat fructu. beneficii, poteſt ex parte eccleſiæ excipi, ꝙ non facit in beneficio reſidentiam Tertius tamen hoc non poterit opponere, quia ex quo non eſt priuatus clericus, quo ad iſtum tertium liberas ædes habet, vt l. loci. §. competit ff ſi certum peta. Abb. in. c. conquerente. de clericis non reſiden.

¶ Beneficium ſeu eccleſia habetur pro derelicta. Primo cum beneficiatus efficitur miles. De quo vide, quod not Innocentius in c. primo. de apoſta Abb. in c. finali de cleri. coniug. Secundo quando beneficiatus contrahit matrimonium carnale, vt not. in. c. primo. de cleri. coniug. Tertio quando clericus monitus non vult reſidere, quia in his caſibus poteſt be

neſcio ſpoliari. Et ſpoliatio hoc vltimo caſu funda, tur, Primo quia eccleſia habetur pro derelicta, vt di, cit glo in.c.qualiter.de cleri non reſiden. Secunda ra tione illorum, quia cum crimen non reſidentiæ ſit notorium, poteſt priuatus ſpoliari ſine ſententia. ſi, de c.ex tuæ. eodem titulo. Not. Abbas in dicto.c. qu aliter.

¶Beneficiatum quem eſſe in patria ſua valde hone, ſtum eſt de fructuoſum, vt ſic extraneus non occupet ſtipendia indigenæ, Ne detur occaſio depauperandi beneficia, Et inducantur facilius ad reſidentiam indi genæ, ꝙ extranei. c.nullus.lxi. diſt.not. Abb. in c. ad decorem, de inſti.

¶Beneficium dicitur curatum ſiue habeat curam ſo ri poenitentialis, ſiue fori contentioſi. c dudum. de elect. Et quod ibi commendat Abb.

¶Beneficia eccleſiaſtica propter officia diuina cõſtitu ta ſunt.xii.q.ii.cõceſſio.not glo.in.c.fi. de offi vica.

¶Beneficium ſufficiens conſideratur ſecundum nobi litatem & ſcientiam, quia tales perſonæ maioribus redditibus ſunt honorandæ, vt in.c.de cætero.de cle. non reſid Item conſideratur dignitas.l.ſed & ſi quid ſf de vſufruc. Ita ꝙ poſſit ſibi ſufficere & ſuis, hoſpita litatem conſeruare, & iura epiſcopalia ſoluere. vt in d.c.de cætero gl in.c conquerente.de cle. non reſid. Deus autem ſolum intuetur cor.

¶Beneficium cum ſit beneuola actio, gaudium tri, buens capienti, vt in libro feu, qui mo. feu. amitt.c. i non poteſt conferri inuito reſpectu voluntatis, vel dum conſulitur voluntati, ſed reſpectu vtilitatis po, teſt beneficium conferri inuito. c. qui emendat. xii. di.not. Ab.in.c clericis.de vita. & hone.cle.

¶Beneficium patris licet immediate non poſsit con ſequi filius clericus etiam legitimus Poteſt tamen

illud conſequi nepos vel alii tranſuerſales, Quia ſtatu lus de filiis preſbiterorum non extenditur ad tranſuerſales, imo nec ad deſcendentes vltra filios. No in c. ad extirpandas. de fili. preſbit. Ab. in. c. accedente. de accuſa.

¶ Beneficia ſimplicia poſſunt conferri pueris minoribus ſeptem annorū. lxxvii. di. In ſingulis. Not glo. & Inno. in. c ex ratione de. ætat. & quali. Oldra.

¶ Beneficium ſimplex non poteſt fieri curatum, niſi auctoritate dioceſani. Et tenens duo curata ſine diſpēſatione, eſt ineligibilis, vt in. c. dudum. ii. de elect.

¶ Beneficiorum nomine in impetratione non veniunt hoſpitali a leproſorum, niſi expreſſe caueatur in gratia. de præben. Cle. ii.

¶ Beneficium primum ſi eſt curatum, per adeptionē ſecundi ſimplicis non vacat primum, ſed datur ſibi optio retinendi quod velit. ar. c. referente. de præb. Ab. in. c. ſi. de cle. non reſ.

¶ Beneficiorum ſeu eccleſiarum pluralitas prohibetur propter delictum ambitionis. Item propter impotentiam pluribus deſeruiendi. Item propter materiam diſſolutionis, tam in veſtibus quam in moribus, iuxta illud pſalmiſtæ, Procedit ex adipe iniquitas Item quia inducit vagationem. Quanto magis exuberat, tanto magis factus eſt vagus. Item quia continet periculum animarum, Ex quo infert Hoſtieſi. in. c. quia in tantum. de præben. Quia peccatum eſt petere plures eccleſias, quod intelligit Ab. ibi, quādo non ſubeſt iuſta cauſa tenendi.

¶ Beneficiatus vt ſit pluralis in beneficiis, non ſubſiſtente cauſa, non valet conſuetudo, quia induceret periculum animarum. Et præberet cauſam tantorum malorum, vt in. c. ex parte. de conſuetudi Nec etiam diſpenſatio valeret ſuper hoc ſine cauſa no. Ab. in c.

quia in tantum. de præben.

¶ Beneficii inſtitutio non valet arctans beneficiatū ad nunquam dimittendum illud beneficium, ſed debet intelligi quod non dimittat cauſa voluntatis, vel cauſa transferendi ſe ad aliam eccleſiam. Nam talis inſtitutio impediret propoſitum religionis, & debet ſe abſentare ex cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis eccleſiæ ſuæ propriæ, vt in. c ex parte. de cle. non reſid. Ab. in. c. ſignificatum. de præben.

¶ Beneficium quodlibet creatur propter officium, vt in c fi. de reſcrip. lib. vi. Ab. in. c. cum iam dudum de præb.

¶ Beneficia plura ſi non requirant reſidentiam, vt quia conſuetudo eſt in oppoſitum, quæ valet in ſimplicibus, vt in. c. cum omnis de conſtit. Si vnum ſufficit ad honeſte ſuſtentandum clericum. Non licet plura tenere propter vtilitatem propriam, imo eſt peccatum mortale, cum ſit via ambitionis & auaritiæ. Et talis occupat ſtipendia pauperum, vt no. glo. in. c dudum. il. de elec.

¶ Beneficia duo habens, requirentia reſidentiam ex diſpenſatione, tenetur reſidere perſonaliter in maiori, & alteri per vicarium, Doc. in. §. quia vero c. exticpandæ de præb. lib, vi. Si ſint æqualia, poteſt deſeruire in quo vult. Et ibi Ab. notat. quod ſi præbendatus non poteſt vnire de præbenda. Et eſt neceſſarius eccleſiæ cathedrali, poteſt ſeruire per ſubſtitutum in beneficio curato.

¶ Beneficia eccleſiaſtica non debent vacare vltra ſex menſes, quibus elapſis deuoluitur collatio ad epiſcopum a capitulo, Et poſt ad ſuperiorem. Et quilibet habet ſex menſes. Ab. in. c. nulli. de conceſ. præb. Et ſi non habet ſuperiorem, deuoluitur ad papam. Et ſi quis prædicto tempore elapſo conferat, collatio eſt

nulla c.ſi.de ſup.neglig. prælato. Et incipit currere prædictum tempus non a tempore vacationis. ſed a tempore ſcientiæ,vel notitiæ,quia diuerſitas.de con ceſ.præbend.

Beneficium ſecundum ſi quis recipiat cum cura, qui iam habeat curatum.ſi de bonis propriis expen diſſet pro vtilitate primi beneficii curati, tunc acce- ptando ſecundum non incurrit pœnam decretalis, ſed retinet primum, donec ſibi ſit ſatisfactum de ex- penſis, ſecundum Ioan.de ligna.& Vb.per tex.c qui- cunq; xii. q.iiii Et ex hoc dicit Ab. quod ſi clericus moritur ſine teſtamento, hæres poteſt repetere expen ſas,quas clericus fecit in beneficio. pro hoc allegatur tex.in.l.ſi non ſortem.§.ſi.ff de condi.indeb.vbi ha- betur, quod ſcriptor poteſt retinere quaternos, do- nec ſit ſibi ſatisfactum pro labore ſuæ ſcripturæ. Et ſufficit quod ſit vtiliter cœptum per beneficiatum. Et ſi domus capta caſu comburatur,tamen compe- tit repetitio,not.Ioan.And.in. c, ex parte. de Con- ſtitutio.

Beneficiorum pluralitas adeo eſt odioſa vt non va leat conſuetudo, quod per acceptationem ſecundi non vacet primum.no Antho in.c quia nonnulli.de cle non reſid. quia conſuetudo non excuſat in deli- ctis,per c.I.de conſue.lib.vi.

Beneficium epiſcopale.vbi quis poſſidet, per ad- eptionem ſecundi epiſcopatus an vacat primum, Vi- detur quod ſic.quia eadem,imo maior ratio in epi- ſcopo quam in alio,Cum ipſe ſit magis alligatus ec- cleſiæ quam citra. c. requiſiuiſti de teſta. Ergo cum magis delinquat,debet magis puniri. Et hanc par- tem tenet glo. xxi. q. prima. relatio.contrarium te- net inno. in c. cum in noſtris. de conceſſio.præben. Et ipſum ſequitur Do. Antho. dicens quod hæc de-

cretalis non habet locum in epiſcopalibus. Et ſimiliter Ioan. Andre. Et Imol. in clementina gratiæ de reſcriptis.& pro hoc text.in.c. ſi quis epiſcopus. vii. q. i. In verb. curabit, quod eſt verbum futuri temporis. Et ſic notat poſtmodum per ſententiam, ar.glo.in verb.in euidenti. in.c.quicunque de hære lib.vi.

¶Beneficium ſecundum curatum recipiens, perdit ipſo iure primum, quo fuerit ſpoliatus, te glo. in clemen gratiæ.Pro quo facit, quod notat dominus Antoni.& Ioan.de ligna.in.c.cum teneamur.de præben. vbi dicunt, ꝙ impetrans tenetur facere mentionem beneficii quo fuerat ſpoliatus, ſubdit tamen dominus Antonius, ꝙ poterit iſte petere fructus primi beneficii, quos recepit ſpoliator vſque ad tempus acceptationis ſecundi beneficii. Alleg. Speculato. ad hoc.

¶Beneficium quando non iuſte tenetur, qui non rite conſequitur beneficium aut dignitatem, vt ait Raf.qui non intrat per hoſtium fur eſt & latro, nec habet viam ſalutis, niſi reſignando, vel ſi eſt diſpenſabile petat diſpenſationem ab eo qui poteſt.Et in vtroq; caſu agat pœnitentiam de commiſſo.

¶Beneficium,dignitatem,ſeu perſonatum, vel officium, quibus cura animarum ſit annexa, ſi quis recipit, Si ante obtinebat ſimile, cum ſit priuatus primo, poſtquam poſſeſſionem habuit de ſecundo, tenetur abſque mora dimittere in manibus ordinarii in cuius epiſcopatu hoc fieret, alioquin omnes tales ſecundo ipſo iure ſunt priuati, Et non ſolum ad ſacros ordines, ſed etiam ad quod cunque aliud beneficium fiunt inhabiles. Et omnia talia beneficia ſedi apoſtolicæ reſeruantur, Et ſi alius diſponat de eis, non valet. Hoc Ioan. papa.xxii.

In ſua extrauag. quæ incipit, Execrabilis.

¶ Beneficium, aut aliud ad victum neceſſarium illi tenetur ſubminiſtrare epiſcopus, qui aliquem ad ſacros promouit extra de præb. c. epiſcopus. c. cum ſecundum. c. ſi epiſcopus de præb. lib. vi.

¶ Beneficium ſi epiſcopus conferat abſenti, licet non fiat ſuum donec conſentiat non poteſt tamen epiſcopus alteri conferre, niſi dato ei termino ad conſentiẽdum, & non cõſentiat. c. ſi tibi abſenti de prẹb. li. vi.

¶ Beneficium non tenetur epiſcopus pauperi clerico conferre pro quo mandabatur epiſcopo ei conferre, ſi beneficium aliud, alia via eſt aſſecutus. c. ſi pauper de præb. lib. vi.

¶ Beneficio ſuo curato aliquem ſpolians, ſi ſpoliatus antea habuit beneficium curatum, perdit primum quod iuſte & canonice poſsidebat, tex. eſt in. c. eũ qui de præb. lib. vi.

¶ Beneficium & omnes dignitates, vel perſonatus ſeu officia vacantia in curia Romana non poſſunt conferri niſi per papam Similiter & curialium. Item & euntium & redeuntium de curia, ſi decedant in locis vicinis curiæ, ad duas dietas legales, omnia hæc papam tantum pertinent, Niſi quod poſt menſem poſſunt ea conferre illi ad quos pertinet per ſeipſos tantum, vel ipſis agentibus in remotis per ſuos vicarios generales, quibus illud commiſſum ſit, in eorũ diocesibus exiſtentibus, vel niſi eſſent parrochiales eccleſiæ, & vacaſſent vacante ſede apoſtolica. Ant. etiã ſi vacauerint ante & papa priuſquam conferret defunctus eſſet. hæc omnia probantur extra, de præb. c. licet c. ſtatutũ. c. præſenti. c. ſi apoſtolica eo. tit. li. vi.

¶ Beneficium ſi quis male poſſidet, licet in foro iudiciali multiplex poſsit eſſe reſponſio, tamen in foro conſcientiæ ſi quis ſciat quod poſſeſſor eccleſiæ vel

dignitatis

dignitatis non ſit verus prælatus,non tenetur ei obe dire, Nec ſoluendo liberatur,ext. de iure iur. ea te.c. Inquiſitioni,de ſenten excommunica.

¶ Beneficiati canonici,Et alii beneficiati clerici qui diuinis officiis non interſunt, non poſſunt percipere quotidianas diſtributiones. Nec valet conſuetudo in contrarium,alias non faciunt eas,ſuas. Et tenentur ad reſtitutionem, niſi excuſet eos infirmitas vel iuſta & rationabilis corporalis neceſsitas, aut euidens eccle ſiæ vtilitas, ex. de cle.non reſid.c.I. lib. vi. Intellige tamen de infirmitate, quæ eſt cauſa propter quam non intereſt diuinis, alias ſecus, vt quia etiam ſi non fuiſſet infirmus,non interfuiſſet diuinis. Et tunc nō habebit diſtributiones,ſecundum Gemi.in.c I.

¶ Beneficii fructus poſſunt locari, etiam ſi eſſent de cimæ,& alia,ex de loca.c.veſtra, ſed hæc locatio nō extenditur vltra vitam locantis, quia clericus in be neficio comparatur vſufructuario.xvi.q vi.illud.

¶ Beneficiorum vt beneficiati fructus percipiant in abſentia indulgentiæ conceſſæ perſonis non eccleſiis vel dignitatibus ſunt caſſæ & irritæ. de dignita.c.ſi. lib vi.

¶ Beneficiorum fructus tempore vacationis debent in vtilitatem eccleſiæ expendi, vel futuris ſucceſſori bus fideliter adſeruari, alias in cathedralibus eccle ſis,& regularibus,& collegiatis, ſi fiat contra per ca pitula conuētus,collegia,vel ſingulares perſonas. Ipſi contrafacientes ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio, quouſq; plene reſtituerit quicquid de bonis percepe rint a prælatis mortuis dimiſsis, vel vacationis tem pore obuenientibus,Non obſtantibus priuilegiis vel conſuetudinibus,ex.de elec.quia ſæpe.de elec lib vi. Similis prohibitio fit generaliter de omnibus eccle ſiis, ne bona eorum occupentur a prælatis, quibus

ſubſunt, ſeu ad quos cuſtodia pertinet, niſi de ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, vel alia ratio nabili cauſa, alias epiſcopi & ſuperiores ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, Et alii a beneficiis & officiis do nec ſatiſfecerint. extra de reſcrip. c. ſi lib. vi.

¶ Beneficiandus impetrãs diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum, debet exprimere etiam quantuncunq; modicum & tenue ſit beneficium, alias diſpenſatio non prodeſt, quando etiam conceditur, vt quis duo beneficia curam animarum habentia poſſit ſimul habere, Intelligitur in duobus primis beneficiis poſt conceſſionem. Item ſi mandatur alicui prouideri de beneficio, non obſtante ꝙ habuit aliud, non propter hoc eſt diſpenſatum vt ambo ſimul habeat c. non poteſt. extra de præben. lib vi.

¶ Beneficium ſi papa alicui aliquod beneficium obtinenti motu proprio cõferat aliud, non habita mentione de priori, non propter hoc inualida eſt gratia, dummodo exprimatur ꝙ papa concedit motu proprio. Secus ſi ad petitionem alterius gratiam facit. c. ſi motu proprio. de præb. lib. vi.

¶ Beneficium non vacans nulli promitti poteſt, nec in generali, vt promittendo cum poterit prouidere, vel cum facultas ſe obtulerit. Aut quamuis for maver borum, alias promiſſiones prædictæ nec valent, nec tenent, nec etiam obligant. c. deteſtandæ. de conceſſ. præb. lib. vi

¶ Beneficium præbendatum habens in aliqua eccleſia ſi poſtmodum acceptet in eadem eccleſia aliam præbendam, vacat prima. c. litera. de conceſ. præben. etiam ſi acceptaret ſecundam iure annexionis, tex. eſt in cle. ſi. de præb.

¶ Beneficia duo præbendata, vel plura, quis tenere poteſt abſq; diſpenſatione in aliquibus caſibus, vide

licet, quando eccleſiæ ſunt adeo tenues, ꝙ neutra ſuffi ceret ad ſuſtentationem x.q.iii. vnico c. quia monaſterium extra de re do. Secundo, ſi vna pendeat ab alia c.eam te.de æta.& quali.ordi. Tertio, propter raritatem clericorum.xxi.q.i. clericus. Item ſi eccleſia eſt annexa dignitati vel prębendæ, cum ipſe teneatur in maiori eccleſia perſonaliter deſeruire, tenetur in parochia habere idoneum & perpetuum vicarium, qui congruentem habeat de prouentibus ipſius eccleſiæ portionem extra de præben.extirpandæ. Quintus caſus eſt, ſi habetvnam intitulatam, & aliam commendatam.xxi.q.i.qui plus. Sed talis commenda de eccleſia parochiali non poteſt fieri, niſi ei qui attigerit viceſimumquintum annum, & qui ſit ſacerdos. Et etiam tali non poteſt committi niſi vna, & pro euidenti vtilitate, vel neceſſitate, & nō durat niſi per menſes ſex extra de elec.nemo, lib.vi.

¶ Beneficio debet prouideri pure & ſine pacto vel conditione, & non pro cōmode temporali alias committitur ſimonia.i.q.i.ſan.

¶ Beneficium dignitatis non eſt in aliquo niſi habeat iuriſdictionem. Ange. de claua in ſua ſumma de dignita in principio allegat Abb in.c, de multa.de præbē. idem ſi de eccleſiæ conſuetudine habetur pro dignitate.xxii.diſt con ſuetudo.

¶ Beneficium abbatis eſt dignitas quæ præfertur archidiacono cathedralis eccleſiæ.no. Abb in.c.ex ore. de priuileg.c.fi, de dila.vbi abbas prius nominatur, ꝙ archidiaconus.

¶ Beneficiandus ſi facit mandare ſibi prouideri in aliqua eccleſia de beneficio ſi ſint ibi alia beneficia ꝙ præbendæ, vigore iſtius mandati nō poterit prouideri de præbenda & canonicatu, qui eſt longe notabilior, ꝙ aliud beneficium.no. doc.in.c, ſi.de præb.

¶ Beneficiandus ſi obtinet mandatum aut nominationem, non extenditur ad hoſpitalia, quæ non veniunt appellatione beneficiorum. Etiam ſi talia habeant eccleſias annexas.c.literas.de præb. Archi.in.c. eum qui de eo q mit.in poſ.Do.in cle.I. de ſequeſtr. poſ.& fruc. niſi ad hoſpitalia conſueta conferri religioſis,vt in elemoſynariis multorum monaſteriorũ, quarum prouentus ad ipſas præpoſiti faciunt ſuos, de epiſco.& cle.l. Orphanotrophos.

¶ Beneficii eccleſiaſtici appellatione, non venit annua penſio. Not. Ab.& Fe. in.c. ad audientiam,de reſcrip. &.c quãuis. de reſcrip. Et hoc quia nullam ſpiritualitatem habet ſed eſt quid mere temporale. Ioan. Andr. Barba. in d.c. ad audientiam tenent contrarium.

¶ Beneficii fit patronus is qui eccleſiam dicat ante conſecrationem dummodo interueniat conſenſus epiſcopi.Ita te.glo.in.c.piæ mentis.xvi q.vii.Et hoc qa perducit rem de non eſſe ad eſſe.

¶ Beneficium vbi eſt patronatum,patronus in.d.beneficio dando non poteſt ſibi retinere aliquod temporale beneficii. Ab. in c.præterea. de iure patro. niſi de auctoritate epiſcopi.

¶ Beneficium vbi eſt patronatum,patronus non poteſt donare ius patronatus laico abſq; epiſcopo.not. do Ge.in c.i de iur.patro.

¶ Beneficium vt laicus teneat poteſt papa diſpenſare.ſeu priuilegiare,Not.Ab.& Inno.in.c. qnanto de conſuetu.

¶ Beneficii poſſeſsionem poteſt laicus capere pro beneficiato, quia per hoc non tractat ſpiritualia. No. doc. in.c.accedens.de præ.

¶ Beneficiatis clericis capitulum ſede vacante poteſt dare licentiam ex iuſta cauſa, ſe abſentandi a ſuis be-

neficiis. Not Ab. in c. relatum. Idem in quolibet prę lato, etiam ſi non ſit epiſcopus, vt ibi. Tamen non poteſt quilibet prælatus apponere pœnam non reſidentiæ, quod eſt procedere ad priuationem, ſed oportet quod ille ſit ſuperior, in cuius manibus poſſit fieri renunciatio. Ab. in. c. penul. de cle. non reſid.

¶ Beneficiorum plenitudinem poteſtatis habet papa, tex. eſt in. c. ii. de præb lib. vi. quia tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo, Secundum Ab.

¶ Beneficiorum omnes commendas Inno ſextus ſuo tempore reuocauit, vt in extrauag. Paſtoris. Et hoc quia ſæpe per eas cultus diuinus minuitur, & edificia eccleſiaſtica ruinoſa relinquuntur.

¶ Beneficiandi diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non eſt diſpenſatio, imo potius diſſipatio, ſi fiat ſine cauſa. Fac. c. poſtquam. xii. q. ii.

¶ Beneficium vbi papa vel legatus reſeruat & ordinarius confert, Et hæc omnia fiunt eadem die. Nec conſtat de prioritate temporis, præualet collatio ordinarii. not Ioan. And. in. c. ſi a ſede. de præb.

¶ Beneficii collationem habet legatus de latere, non in vim legationis, ſed ex quadam prærogatiua, & ſpeciali priuilegio, vt in. c. i. de offi. lega. in. vi.

¶ Beneficia pertinentia ad exemptos poteſt legatus conferre. c i. de ver. ſignific. in. vi.

¶ Beneficiorum præuentiones habent locum in papa, vt præuenire poſſit ordinarios, licet quis non videatur puniendus ſine culpa, Et hoc quia totalis plenitudo beneficioꝝ reſidet in papa. c. ii. de præ. li. vi.

¶ Beneficiorum collatio vbi ſpectat ad duos collatores, videlicet ad epiſcopum & capitulum, ſufficit alteri præſentare mandatum apoſtolicum, vt vtriuſq; manus ligentur, quia vnus ſolus non poteſt ſicut in arbitris. l. ſi in tres. ff. de arbit.

¶ Beneficii collatio vbi ſpectat ad aliquam dignitatem eccleſiæ, ratione ſuæ dignitatis. Et dirigitur mandatum capitulo cum clauſula, tam coniunctim, q̃ diuiſim, mandatum ad talem dignitatem non extenditur. Io. an. in. c. fi. de præb.

¶ Beneficium poteſt aliquis impetrare ſine ſpeciali mandato. Io. an. & Abb. per tex. c. accedens. de præb. Et hoc quia beneficium poteſt cõferri abſenti & ignoranti, per. c. ſi tibi abſenti. de præb. & digni. Tamen ad acceptandum beneficium in vim gradus aut nominationis, ſpeciale mandatum requiritur. Abb. Io. de imola in c. accedens. de præb.

¶ Beneficium non poteſt acceptare coniunctus, abſq; ſpeciali mãdato. no. doc in. d. c. ſi tibi abſenti. in. vi. Et poteſt laicus acceptare in vim procuratorii, arg. c. i de procu lib vi. quia eſt vt nudus miniſter.

¶ Beneficium habens certæ qualitatis, non poteſt illud permutare cum alio non habente illam qualitatem, vt in prag. ſanc. In præiudicium tamen permutantis reſignantis tenet reſignatio, cum debuit ſcire, non potuiſſe cum alio permutare qui non eſt illius qualitatis. l cui cum alia. ff de re iudi.

¶ Beneficiatus minor diſpenſatus prouiſo, q̄ beneficium debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura non negligatur, ſi aſſequatur parochialem, & infra annum non fit ſacerdos, non propterea priuatus eſt beneficio. not. Archi. in. c. cum ex eo. §. elapſo. de elec lib. vi. Et hoc quia habuit iuſtum impedimentum, cum non eſſet in ętate, vt in cle. generalem. de æta. & quali.

¶ Beneficium ſi papa cõferat infanti, non eſt ſibi obediendum, intelligitur de minori ſeptennio Felyn. in c ſi quando. de reſcrip.

¶ Beneficium conuentuale dicitur, ſeu collegiatum,

ſi ibi collegialiter viuunt monachi, etiam ſi non eli gant priorē, & ſit prioratus manualis, adeo ꝙ ſi impetretur gratia ad dignitatem, non venit talis prioratus. Oldra conſi.cccxxxi.

¶ Beneficiatus ſi non poteſt ſoluere, ſi excommunicatus eſt, admittetur ad faciendum ſequeſtrationem fructuum ſui beneficii, ſeu tituli, reſeruata ſibi congrua portione pro ipſius ſuſtentatione, iuxta ea quæ habet collec. in. c. cum olim.

¶ Beneficii renunciatio facta cauſa permutationis, & non alias, fraudulosa, ſeu doloſa, ſeu metu, vel vi compulſiua facta, non eſt ipſo iure nulla. Collecta in d. c. cum olim hoc verum ipſo facto, Secus in effectu, quia venit annullanda.

¶ Beneficiis priuari ſi collatis per papam, vel deponi ab ordinario non poteſt quis, ſecundum Collect in c. per tuas. de maiorita. & obedien, vbi allegat ſimilem opinionem Innocen. in glo. decre. I. q. i. filium. Quod ſic Collect. diſtinguit in. d. c. per tuas. Quo ad ordinatum non poteſt, Quo ad beneficiatum ſic. Iſta fuit opinio Ioan. andre. in. d. c. per tuas, videlicet, ꝙ ordinatus a papa non poteſt per inferiorem deponi, Secus in beneficio. glo. idem tenet in confirmato a papa, quod in beneficio, vt in confirmatione vtili, vel inutili. Idem Baldus in dicto. c. per tuas. Siculus ibidem dicit, ꝙ licet hæc opinio ſit æquior, & ſic ſeruanda propter reuerentiam Romani Pontificis, Alia tamen videtur verior, quia ex quo non eximitur ab obedientia epiſcopi, ergo ex delicto ſuperueniēti poterit priuari illo ordine. Nam crimen priuat quem priuilegio. c. priuilegium xi. q. iii. Et hæc opinio placet Felyn. in d. c per tuas.

¶ Beneficio priuatus eſt perſeuerans in excōmunica-

tione per annum, ſi excommunicatio eſt lata propter crimen quod ipſo iure priuat clericum beneficio, qa pro confeſſo habetur. Ab. in. c. i. de iudiciis. Ioan. de imola in. c. paſtoralis. de appel. ſi eſt lata propter crimen propter quod non eſſet ipſo iure, ſed veniret priuandus per ſententiam, vt. c. quicunque. vi. q. iii. Aut crimen non exigit priuationem ipſo iure, neq; per ſententiam, & tunc per lapſum anni nõ erat priuatus per ſententiam. Neq; priuabitur per ſententiam, ſed punietur pœna arbitraria, ac ſi fuiſſet cõfeſſus, ex quo in iure pœna non eſt appoſita. Quod ſi eſſet illa, imponeretur. Si pro re ciuili eſt excommunicatus, non poſſet priuari, etiam per mille annos, ſecundum glo. in. c cum contingit. de dol. & contu. Tamen poſt annum poterit citari ſuper articulis & negocio fidei. Et ſi non compareat, & excommunicatus pro hac cauſa perſeueret, habebit locum. c. cum contumatia.

¶ Beneficiatus habens canonicum titulum ad beneficium, poteſt illius poſſeſſionem propria auctoritate apprehendere ſecũdum Inno. Hoſtieñ. & Ioan. And. in. c. tranſmiſſa. de elec. vbi dicit Inno. quod poſt cõfirmationem, ſine alia inſtalatione vel inueſtitura, ſtatim poteſt electus confirmatus, vel per annulum inueſtitus, adminiſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus, in iudicio & extra, vt in d. c. tranſmiſſa. c. noſti. eod. tit. Et dicit Ioan. And. in d. c. tranſmiſſa. hoc habere locum in omnibus eccleſiaſticis perſonis adminiſtrationem habentibus, quorum aliqui confirmãtur, vel aliquid interuenit quod loco confirmationis habetur c. propoſuit de conceſſ. præbend. Petrus de ancha. tenet contrarium in reg. Iur. ſine poſſeſſione. Vide diſtinctionem quæ in hoc fieri debet in deci. capel. deci. ccccxliiii.

¶ Beneficium an conferre poteſt executor apoſtoli-

cus,vel legatus, cuius collatio eſt ſedi apoſtolicæ reſeruata, vel litigioſum effectum iuxta diſpoſitionē c.ſi hi contra quos vt lit.pend.lib.vi.cōcluſum fuit, ꝙ licet vt vult. glo. in Cle. ſi de beneficio de præ. in.l.vi.

¶Beneficia executor apoſtolicus & legatus poſſunt conferre ad ſedem apoſtolicam deuoluta, pro quo per Archid.in c.ſi capitulo. de præb.lib.vi. Secus eſt tamen in beneficiis ad collationem papæ ſpectantibus, vt quia vacauerunt in curia. c.ii. de præbend. lib.vi.tunc enim papa confert iure proprio non deuoluto,& vltra glo Ratio eſt ſecundum Paul. zanz. Et fran de zabu.quia papa præſcribendo voluit grauare collatorem certum vel incertum, Non ſibi auferre collationem liberam. Secus in deuoluto,vbi fit prę iudicium epiſcopo a quo deuoluitur.

¶Beneficiatus accuſatus de homicidio, ſi pendente lite moritur, quæ eſt mota per eum qui beneficium eius impetrauit a ſede apoſtolica, vt eidem impetranti conferatur,poteſt poſt ipſius obitum priuari beneficio. Et poterit beneficium impetratum conferri ſecundum regulas cancellariæ Vrbani papæ quinti.cō firmatas per ſucceſſorem eius,quibus cauetur, quod quando apponit manum ad beneficium vacans, tūc ſi illa diſpoſitio ex aliqua cauſa non valet nec effectū ſortiri poteſt, ab illa die papa intendit reſeruare dictum beneficium, pro quo facit no.in.c. inter dilectos de exceſ.prælat,&.c, vt noſtrum de appel. Et per Ioan. And. in.c. Quod ſicut de elec, Et hoc quo ad primum. Ad ſecundum autem videtur facere pro parte affirmatiua, quod de crimine alicuius quæritur poſt mortem propter bona, vt.l. Item ſi verberatum §.i ff.de rei vendica. In contrarium videtur concludendum. Primo quo ad primum, quia,c,ſi hi cōtra

quos non habet locum vbi agitur. vt quis a benefi-cio amoueatur, & alteri prouideatur. Nam tūc mor te accuſati finitur lis, ſed vbi quis petit aliquem bene ficio priuari, quod dicit ad ſe pertinere, & dicit ſe ius habere in eodem, tunc ſi moriatur accuſatus, habet locum. c. ſi hi contra quos, vt not glo. ſuper ver. finita. At quo ad ſecundum cum mortuus non ſit in rerum natura, videtur concludendum, ꝙ priuari nō poſſit. Maxime, quia crimina morte extinguuntur. c. accuſatus. de hære. lib. vi. Secus vbi eſſet dubium, an mortuus haberet ius in beneficio.

¶ Beneficii valor vbi in impetratione ſedis apoſto licæ non exprimitur, gratia eſt ſubreptitia, per ordi nationem Vrbani papæ. vi. Et non ſolum obtinen-dorum beneficiorum, ſed etiam iam obtentorum Et merito, Nam expreſſio minoris valoris poſſet redde-re concedentem faciliorem ad concedēdum. per no. c poſtulaſti. &. c. in noſtram. de reſcriptis. Licet de iu re communi non videatur neceſſaria expreſſio, vt vo luit glo. in clemen de præben. Et præmiſſa intelli-ge, niſi gratia ſit facta motu proprio, quia tunc ne-ceſſario non eſſet fienda mentio valoris. Et ita ſip-ſam reſtringit dicta ordinatio Vrbani. Et regu. can-cellariæ Ioan. xxii. Et ita tenet Pet. de anchara conſi. xxxvii. licet Siculus tenuerit contrarium in. c. ad au-res, de reſcrip.

¶ Beneficiandus ſi antequam a ſede apoſtolica bene-ficium impetret, ſe in eo ſua auctoritate abſque titu-lo & ſuperioris auctoritate intruſerit, talis impetra-tio non valet, niſi fiat mentio de tali intruſione. Te-net Ioan andre. in. c. poſtulaſti. de reſcript. Et melius in. c. dudum, §. i. de elect. Et ſecundum Io an. in ad-di. Specu. tit. de leg. Debet etiam facere mentionem de fructibus perceptis, niſi in vtilitatem eccleſiæ con-

uertiſſet.

¶Beneficialis cauſa vbi mouetur ſuper poſſeſſorio, poteſt ſuper tali cauſa in iudices laicos qui de ea cognoſcant, compromitti, quia poſſeſſorium eſt temporale. Ita decidit Guido papæ q.lxix.

¶Beneficialis cauſa vbi intentatur in poſſeſſorio, poterit etiam deduci petitorium, quia beneficium ſine canonico titulo teneri non poteſt. Idem Guido pa.q.lxxi.

¶Beneficii permutatio facta per ordinarium, quod ſpectat ad præſentationem patroni laici, ipſo neglecto & non vocato, non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda per ſententiam ſi talis laicus patronus eius contemptum proſequitur intra tempus infra quod præſentare poterat & debebat. Guido pa.q cccxxiiii. Et hoc in permutatione cuius collatio eſt neceſſaria. Aliud eſt in collatione voluntaria, vt quia vacat per mortem, quia tunc eſt ipſo iure nulla.c.decreuimus. de iure pa. Tamen conſenſus patroni poſtea ſuperueniens validat collationem voluntariam vt ibi.

¶Beneficia vicarius generalis epiſcopi non poteſt conferre abſq; ſpeciali mandato.c.ſi de offi.vica.lib.vi. Nec poteſt alium ſubſtituere.c.clericos, de offi.vica.niſi ex cauſa neceſſaria vt ibi.

¶Beneficio ſi patronus laicus præſentet indignum, priuatur ipſo iure,not.Ioan.Andr.in.c.cum autem de iur.patro.

¶Beneficio papatus poteſt papa renunciare libere,c.i.de renunciatio.lib.vi.

¶Beneficium primũ vacaturum ſi quis eſt expectans & in fraudẽ eius cũ in proximo crederet pingue vacare, renũciet aliquis tenui beneficio quod habet, nõ tenet expectãs illud recipere. Et ſi illi renũtianti illud pingue poſtmodũ conferatur, tũc prolata eſt fraus &

carebit vtroq;.c.ſi te præbendam eo.titu.

¶Beneficiis ad præſentationem religioſorum etiã exemptorum, non debent rectores inſtitui niſi pri-mo tantum eiſdem aſſignetur, vnde incumbentia onera ſubire poſſint, & congrue ſuſtentari. Nec va-let, contraria conſuetudo.c.i.de præbend. & digni-ta lib.vi.

¶Beneficia vacantia in curia ſi papa non confert in-fra menſem a die vacationis, illi ad quos ſpectat col-latio poterunt illa conferre.c.ſtatutum.eodem.

¶Beneficium cathedralis eccleſiæ comprehenditur per eccleſias prouinciæ.c.quamuis.eodem.

¶Beneficium habere videlicet perſonatum cum cu-ra & præbenda, cui annexa eſt parochialis eccleſia non eſt contra conſilium generale.c.ſuper eo.eodem.

¶Beneficium vbi impetratur, inſpicitur data, non præſentatio, vel receptio.c.eum qui eod.

¶Beneficio curato vbi per literas apoſtolicas man-datur prouideri, non facientes mentionem de defe-ctu, poterit impetrans ad ordines proximis tempori-bus promoueri.c.ſi pro cle.eod.

¶Beneficiandus impetrans mandatum alternatiue plures collationes includens, verificatur in primo va-cante, In ſemel vero vacantibus, ordo ſcripturæ atten-ditur.c.mandati.eo.

¶Beneficiandus impetrans mandatum per quod mandatur, prouideri de dignitatibus vel beneficiis aliis eccleſiaſticis, curata non includit non expreſſa cura.c.cum in illis.§ i.eo.tit.

¶Beneficiales literæ vnum medium exprimentes, alios non includunt.eo.c.§.cum ante.

¶Beneficiandus impetrans mandatum ſimpliciter duos includens, alterum ſolum non aſtringit. Et edi-uerſo directum vni duos non includit, eo.c.§.ſi vero,

¶ Beneficium ſi quis ignorans recipiat poſt reſeruatũ vel collatum per papam, ſi ex quo ſciuit illud ſine difficultate dimittit receperit priora beneficia propter illud dimiſſa, alias non. c. ſi beneficia. eo. tit.

¶ Beneficii taciturnitas, etiam modici, viciat diſpẽſationem ſuper pluritate beneficiorum, quæ etiam legitime ſuper duobus obtenta, ad duo prima recepta refertur. Item prouiſio alicui facta de beneficio, non obſtante ꝙ aliud habeat, diſpenſationem ſuper vtroq; retinendo non inducit. c. non poteſt eodem.

¶ Beneficiis pluribus collatio facta motu proprio in eadem eccleſia vacantibus ſimul, intelligitur facta de pinguiori. ſed ſi beneficia ſunt æqualia, ad eũ ſpectat electio cui gratia eſt conceſſa. Collatio vero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium reſtringitur. ſi ſunt æqualia, eligit qui alias conferebat, quo negligente, alius eliget. etiam econtra. c. ſi pluribus. eodem.

¶ Beneficium præbendatum non debetur, ſi per epiſcopi mortem præbenda vacat, cum debetur præbẽda expectanti præbendam. c. cum in eccleſia. eodem.

¶ Beneficii pluribus collati, vbi de prioritate non conſtat, prima poſſeſſio, deinde maior prærogatiua præfertur. c. ſi a ſede. eodem.

¶ Beneficiandus ſi gratiam impetret, vt quis prouidere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia non expreſſis, non expirat re integra per obitum concedentis. Secus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. c. ſi cui eodem.

¶ Beneficiatus epiſcopus non habebit coadiutorem niſi a papa, quia datio coadiutoris epiſcopi ſpectat ad ſolum papam. Poteſt tamen epiſcopus ſenio vel infirmitate perpetua impeditus, de conſenſu capituli ſui vel maioris partis, ſibi auctoritate apoſtolica vnũ vel duos coadiutores aſſumere. Et ſi demens fuerit,

vel furioſus, capitulum aut duæ partes ipſius facient. Sed ſi epiſcopus contradicit, tunc nihil innouabit capitulum, Sed epiſcopi & eccleſiæ conditionem q̃ citius poterit intimabit papę. Et coadiutores illi ſunt prius moderatos habebunt de prouentibus prælatorum, c. vnico de cleric. ægrot. lib. vi.

¶ Beneficia licet capitulum ſede vacante ad epiſcopi collationem ſpectantia conferre non poſſit, Tamẽ ad illa præſentatos inſtituere poteſt. c. i. de inſtitut. lib vi.

¶ Beneficio præſentatum non repellit defectus ſacrorum ordinum. c. ii. eodem.

¶ Beneficiandus ſi mandare faciat ſibi prouideri de dignitate vacatura quam duxerit acceptandam, & vacat dignitas quam ante acceptationem ordinarius confert, tenet ipſius collatio, etiam ſi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reſeruationem inhibitionis, & proceſſus ſuper prima vacante. c. quia cedentis. de conceſ præb. lib. vi.

¶ Beneficiandus ſi aliquam promiſſionem ſibi fieri procurat, per quam datur via ad beneficia vacatura, talis promiſſio eſt reprobata. c. deteſtanda. eodem.

¶ Beneficiandus habens apoſtolicæ ſedis literas ſuper primo beneficio, dignitate, vel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non poteſt, ſed primum quod vacabit, vel ex cauſa ſecundum, vel vlterius poterit acceptare Reſeruationes, proceſſus, & decreta contra hoc facta non valent. c. captandæ. eodem.

¶ Beneficii collatio vbi cõiter ad epiſcopum & capitulum pertinet, vno ipſorum facto inhabili alter cõfert. c. ſi ad epm. §. i. ne ſede vacan. in vi.

¶ Beneficii collatione ſpectante ad epm de conſenſu vel conſilio capituli, illo exiſtente inhabili, niſi ſit in

mora, non conſert capitulum. §. cum vero. eod.

¶ Beneficium habens conferre cum conſilio epiſcopi ſui illud conferet morte. §. vbi vero. eo.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, ſi quis eligat poſtulando, talis poſtulatio vel electio eſt irrita ipſo iure. Si autem dicat, eligo & poſtulo, prout melius de iure, valere poteſt. Idem niſi probabiliter dubitaretur, an eſſet eligendus vel poſtulandus. Et tunc conſenſus tempore eligat alteram viam, electionis, ſcilicet, vel poſtulationis, quia electa ad alterum redire non poterit. c. 1 de poſtu. præla. in. vi.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, non probans quod in formam opponit, condemnatur alteri parti in expenſis. Non probans quod obiecit in perſonam, eſt a beneficiis biennio ſuſpenſus, Et perpetuo priuatus ſi interim ad illa ſe immiſcuerit, ſed hæ pœnæ locum non habent, ſi pateat eum calumnioſum non fuiſſe, c. i. §. adiacentes. de ele. lib. vi.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, vota conditionalia & alternatiua & incerta in electionibus reprobantur & habentur pro non habitis, & recidunt in pure conſentientes c. in electionibus. eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuũ, appellantes contra electiones, poſtulationes, vel prouiſiones, omnia quę obiicere intendũt contra perſonam vel formã tenentur exprimere, & iurare, quod illa credũt vera eſſe, & ea poſſe probare, ſuper nõ expreſſis ipſi vel adherẽtes non audientur, niſi de nouo emergat, vel veniat probandi facultas. Super quo iurare debebunt ſtatutũ Inno. editum cõtra non probantes quæ obiiciuntur in perſonam vel formã in ſuo robore confirmatur c. vt circa, eod.

¶ Beneficium vbi eſt electiuũ, electus ante confirmationẽ miniſtrare non debet per ſe vel per aliũ, in toto vel in parte, ſub quocũque colore. Qui cõtra ipſo iure

priuati ſunt, iure ex electione quæſito. c. auaritiç. eo.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Eligentes q̃ cito cōmode poſſunt, electionem electo præſentare debent. Electus verò infra menſem conſentire, alias priuatus eſt iure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſum excuſet. Et poſt conſenſum, confirmationem petet infra tres menſes, alias electio viribus vacuatur. c. q̃ ſit eccleſiis. eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, ſi non ſequatur electio, non eſt quis ex conſenſu in ſcrutinio ſcienter habito in indignum, eligendi poteſtate priuatus. c. perpetuo. eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, eligens vel electioni conſentiens contra electum, niſi ex noua cauſa, vel nouiter ei cognita, ſe nequit opponere vel renunciare. c. nulli. eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, contra electum a duplo, maiori parte, vel electores ipſius, nil a reliqua parte poteſt opponi quod votum extenuet, ſed id bene opponitur quod votum annulat. c. ſi quando. eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias ſeu bona, pro eo ꝙ eum pro quo rogabatur eligere noluit, ipſo facto excōmunicatus eſt, c. ſciant cuncti. eod.

¶Beneficium parrochialis eccleſiæ conferre non debebit, niſi illi qui ſit idoneus ſcientia, moribus, & ętate. Et ſi conferatur non habenti. xxv. annum non valet collatio. Ille autem cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, Et infra annum ſacerdos fieri. Quod ſi ante promotus non fuerit, elapſo anno priuatus eſt ipſo iure ſuper reſidentia aūt prælatus eius ad tēpus poterit diſpēſare. c. licet canō. eo.

Beneficium

¶Beneficium vbi eſt electiuum. Si canonici cathedralis eccleſiæ ipſo iure vel per ſententiam (præter quam in caſu negligentiæ) eligendi poteſtate priuati ſunt, ad papam ius deuoluitur eligendi, In inferioribus eccleſiis, ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur. c. quanquam eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Si commiſſum eſt in plures vt eligant, per vnum facienda eſt electionis pronunciatio, ſicut quando proceditur per formam ſcrutinii, aliter electio facta non tenet. c. ſicut. eodem. Et q̄. c. licet canon, non habeat locum in collegiatis parrochialibus eccleſiis, & aſſumptis ad ipſarum regimen, habetur in. c. ſtatutum. eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Si compromiſſarius ſecundum traditam ſibi formam ſcrutatis & redactis in ſcriptis volūtatibus ſingulorum, illum eligat quē non maior pars conſenſerit, non valet electio, Cum præter formam concilii ſit celebrata c. ſi cui. eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Monachus in abbatem eligi non poteſt, niſi ſit expreſſe profeſſus. Ad dignitatem autem epiſcopalem & in ſeculari & regulari eccleſia, talis eligi poterit. c. Nullus. eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non aget de contemptu, non profeſſi cum profeſſis, vel conuerſi laici cum clericis, electioni intereſſe non debent. c. ex eo. eodem.

¶Beneficiandus poteſt diſpenſari per epiſcopum & ſuperiorem ſuper parrochiali eccleſia ſibi ſubiecta, vt vſq; ad ſeptennium ſtudendo non teneatur ad ſacerdotium promoueri. Ad ſubdiaconatum tamen debet promoueri infra annum, alias eſt priuatus. Et illo durante ſeptennio, debet in illis eccleſiis idoneus poni vicarius, de fructibus eccleſię ſuſtētandus. elapſo ſeptēnio, debet rector infra annum ad preſbyteratum

promoueri.c.cum ex eo eodem.

¶Beneficium eccleſiæ cathedralis vbi vacat, ſeu vacante eccleſia cathedrali,regulari vel collegiata,ſi ſingulares perſonæ capituli vel conuentus occupant bona a prælato dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia,donec plene reſtituant,officio & quibuſcũq; beneficiis ſunt ipſo iure ſuſpenſi, Non obſtantibus priuilegiis,ſtatutis,& conſuetudinibus quibuſcũq;. c.ſæpe.eodem.

¶Beneficiatus habens plenam adminiſtrationem cathedralis eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus, iuriſditionalia exercere poteſt. Sacramentalia, non niſi fuerit epiſcopus.c ſi cui eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Monialis non eligit niſi peregerit duodecimum annum, Et ſit tacite vel expreſſe profeſſa Nec eligitur,niſi peregerit triginta annos,Et fuerit expreſſe profeſſa.c. indemnitatib eo.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Abſens plures procuratores ad actum electionis conſtituere poteſt inſolidum,& in altero admittendo, ſunt tres gradus.c. ſi quis iuſto eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Si apparet coelectus vel ſe opponens ille qui confirmari petit, eum debet vocare nominatim alias ſiet crida in eccleſia generali,quod ſe confirmationi opponere volentes venient peremptorio aſſignato, alias confirmatio facta non tenet.c quoniam.eodem.

¶Beneficiandus religioſus eligi non poteſt ad prælatum non epiſcopalem alterius religionis vel habitus Si contra fiat eſt irritum Cle i.de elec.

¶Beneficium epiſcopale cathedralis eccleſiæ vbi vacat,emolumentum eſt iuriſdictione,ſigillo,curiæ,vel alias pertinens ad prelatum cathedralis eccleſiæ, vel collegiatæ,ea vacante,non obſtante cõſuetudine,de-

ductis expenſis reſeruandum eſt ſucceſſori, niſi tunc certæ dignitati comperat iuriſdictio cum ipſius emolumento. Cle. Statutum eodem titu.

¶ Beneficii renunciatio facta per procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet, licet procurator prius fuerit reuocatus, ipſo tamen & ſuperiore cui fiebat ceſſio, ignorante, niſi per mendacium ipſorum vel aliorum reuocatio ipſius fuerit occultata. Cle. cũ illuſio de ren.

¶ Beneficia ſi prælati regulares non conferant infra ſex menſes, prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de menſa, ſed ſolent ſpeciales, ſi licet obedientiarios, rectores habere, Dioceſani auctoritate ſua vel apoſtolica ſi ſunt exempta, conferunt illa perſonis quibus per prælatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum, vel pẽſionibus grauari. Cle quia regulares. de ſuppl. neglig prælato.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, qui poſtulationem caſſatam vitio innouat, eſt eligendi & poſtulandi poteſtate priuatus. c. gratum. de poſtu. præla in antiq.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, poſtulatio per quã priuata vel minor vtilitas communi vel maiori præfertur, vel quæ fit a minori quam tertia parte collegii, admitti non debet. c. bonæ memoriæ. eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, Poſtulatio dependet a gratia. c. poſtulationem. eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, Epiſcopus non eſt eligendus ad aliam dignitatem, ſed poſtulandus. c. ei ſi vnanimiter. eodem.

¶ Beneficio principalis eccleſiæ non debet prouideri de prælato per prouiſionem, ſeu collationem, ſed per electionem. c. I. de elec. in antiq.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, ad clamorẽ populi electus nõ eſt confirmandus per ſuperiorem. c. Oſius

epiſcopus.eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, Electio canonica cõfirmanda eſt. Debet tamen ſuperior ante confirmationem inquirere de conuerſatione & vita electi, vbi fuit conuerſatus. c. poſtquam. eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, Electio in epiſcopũ fieri debet de digno ſcientia, moribus & ætate. & quod habeat tricesimum annum completum. Et ſit de legitimo matrimonio. c. Cum in cunctis §. pr. de elec.

Beneficium vbi eſt electiuum, Metropolitanus cõfirmatus, licet nondum receperit pallium. poteſt ſuũ ſuffraganeum conſecrare facere. c. ſuffraganeus. eodẽ.

Beneficium vbi eſt electiuum, is cui electio fuit caſſata, non vicio perſonæ, ſed electionis modo, iterũ eligi poteſt. Secus ſi vitio perſonæ c. ſuper eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, Non profeſſus poteſt poſtulari in abbatem, ſi ex aliqua bona cauſa fiat talis poſtulatio. c cum monaſterium eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, electio debet eſſe in libertate eligentium. Nec valet contraria conſuetudo c. cum terra, eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, electus confirmatus non conſecratus poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis, Non ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis. c. trãſmiſſam. eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, Et ad eligendum vocantur non vocandi, valet electio facta eis non expectatis c cum inter vniuerſos. eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, illegitimus eligi nõ poteſt, Poteſt tamen poſtulari c. cum innotuit. eodẽ.

Beneficium vbi eſt electiuum, Electus a maiori parte capituli, ſi eſt idoneus & conſenſerit, vel conſentire velit, etiam ſi non ſit de gremio eccleſiæ, refutari nõ

poteſt.c.cum inter canonicos eodem.

Beneficium vbi eſt electiuum, Electus a maiori & ſaniori parte capituli, ſi eſt & erat idoneus tempore electionis,confirmabitur. Si autem erat indignus in ſcientia, ordinibus vel ætate, & fuit ſcienter electus, electus a minori parte,confirmabitur.c dudum.eod.

Beneficium vel eſt electiuum,recipientes poſtulatum ad eccleſiam tãquam inſtitutum vel adminiſtrationem ante admiſſionem poſtulationis a ſuperiori factæ,priuati ſunt poteſtate eligendi.Et ad alios licet pauciores,deuoluitur,poteſtas eligendi Et ſi omnes priuati ſunt, deuoluitur ad papam in eccleſiis cathedralibus.c.tuæ memoriæ eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,ſufficit electo ad obtinendum,docere eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione tempore electionis, Licet non probet, quod proprietas iuris eligendi ad illum pertinet. c. quærelam eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Eligentes ſcienter indignum priuari ſunt electione, quæ primo occurret facienda.c.cum Vintonenſis eccleſia.eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Electio facta a minori parte non tenet,Nec per ſubſequentem conſenſum ratificari poteſt c.auditis.eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Poteſtas data compromiſſariis ad eligendum prælatum , re non integra poſtquam compromiſſarii cœperunt habere tractatum c in cauſis eodem titu.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Poteſt de conſuetudine electio ad ſolum capitulum pertinere.c. cum eccleſia.eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Compromittentes tenentur recipere electum a compromiſſariis, ſi ſit dignus. Niſi contra formam compromiſſi eum appa-

reat electum c.cum dilecti.eodem

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Si ex Septem compromiſſariis tres eligant quartum,& ille conſenſerit & eſt idoneus, confirmabitur. c. cum in iure periris eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Abſentes de prouincia ſunt vacandi Et confirmatur electio maioris & ſanioris partis c.coram dilec eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum,Caſſatur electio maioris partis, contempta parte minori, etiã ſi eſt vnus ſolus.Non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem.c bonæ memoriæ.ii.eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum , Non monachus in prælatum regularem eligi non poteſt c. cum ad no titiam eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, non poteſt in abbatem eligi niſi qui eſt inſtructus in regula monachali c,officii.eodem

¶Beneficium vbi eſt electiuum, electio alias canonica confirmatur,Licet quidam eligentium eſſent minori excommunicatione ligati c.illa eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum , ſi poſtulatio cum electione concurrit, & numerus poſtulãtium eſt duplo maior, & poſtulatus eſt idoneus, Poſtulatio admittitur,reiecta electione. Si vero indignus, & hoc maior pars poſtulantium ignorauerit , poſtulatio & electio reprobantur.Si vero ſciebat,& electus eſt idoneus,confirmatur electio Et idem ſi numerus poſtulantium eſt duplo maior c ſcriptum eſt.eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Si illi ad quos ſpectat electio negligunt eligere prælatum cathedralis, vel regularis eccleſiæ infra tres menſes, proximus ſuperior eccleſiã ordinabit, ꝙ ſi infra tres mẽſes nõ fecerit,Canonici puniuntur.c.ne pro defectu eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, debet per aliquam de tribus formis contentus in. c. quia propter eod. titu procedi, Videlicet ſcrutinii, compromiſſi, vel inſpirationis, in eccleſiis cathedralibus, alias electio non valet.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, conſentiens electioni de ſe factæ, per aliquam poteſtatem ſecularem, efficitur inelligibilis ad dignitatem, & electio eſt nulla. Eligentes autem a beneficiis per trienmum ſuſpenduntur, Et tunc ſunt priuati poteſtate eligendi. c. quiſquis eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Si parrochialis per negligentiam confirmat indignum electum ad regimen animarum perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, & a perceptione proprii beneficii ſuſpenditur, & promotus deiicitur. Si vero per maliciam hoc facit grauius punitur, & electi immediate ſubiecti papæ per ſe aut per perſonas inſtructas, debent adire papam, & petere confirmationem. Et ſi ſunt electi in concordia, & valde remoti, videlicet vltra italiam conſtituti, interim adminiſtrant, ita tamen, ꝙ nil alienetur. Benedicuntur autem & conſecrantur vt conſueuerunt. c. nihil eſt. eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, expenſæ neceſſariæ, quas facit capitulum pro electione prælati, debent de bonis prælaturæ fieri & reddi. c vt prætcritæ.

¶Beneficium vbi eſt electiuũ, electio poſt collationẽ ex interuallo celebrata nõ valet. c. cũ poſt petitã eo.

¶Beneficium vbi eſt electiuũ, monachus vnius monaſterii factus abbas alterius monaſterii, vocem non habet in electione prioris monaſterii, etiam ſi tale ius ab abbate & monachis prioris monaſterii ſit ſibi reſeruatum c. conſtitutum. eod.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Electio debet fieri

Digitized by Google

verbo,& de illo in quem conſenſerit maior pars capituli. Et non reſpectu aliarum partium.c.eccleſia veſtra.eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, non profeſſus, in abbatem eligi non poteſt.c cum monaſterium.eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, Electio facta a non maiori parte, & collatione non facta, non valet.c, Cumana eccleſia eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, non poteſt ius eligēdi competere laico, etiam patrono in eccleſia collegiata, etiam per compoſitionem factam cum prælato & capitulo.c ſacroſancta eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, & per papam mandatur habentibus eligere, ꝙ eligant cum conſilio aliquorum, alioquin conſiliarii prouideant eligentes, debent conſilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare reſponſum, alias electio non tenet.c.cum in veteri lege eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, ſi maior pars capituli eligit ſcienter indignum, valet electio de digno a minori parte, etiam ex eodem ſcrutinio facta.c.congregato.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, habēs plures dignitates vel plura beneficia curata ſine diſpēſatione papæ, ineligibilis eſt c dudum eodem.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, nō valet electio pontificis per laicos & canonicos facta, etiam ſi hoc habeat conſuetudo.c Meſſana

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, non ſufficit ad confirmationem electionis, ꝙ ſit facta a maiori parte capituli, niſi etiam illa pars ſit ſanior c. eccleſia veſtra.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, publicato ſcrutinio non poſſunt eligentes variare, ſed compelli debent ad collationem & electionem c, publicato.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, caſſata electione propter ſymoniam, etiam ſine culpa electi, non diſpenſat epiſcopus ea vice cum caſſato. Secus ſi electus libere reſignauit c. ſi alicuius. eodem.

¶Beneficium vbi eſt electiuum, Electoribus impeditis currit tempus ſi poſſunt impedimentum tollere. c. ſi. eodem.

¶Beneficiatum confirmatum in epiſcopum, ſi patriarcha transfert ad ſedem epiſcopalem, ab epiſcopo & confirmatione ſuſpēditur. c. de trāſla. epiſco. & quod electos in epiſcopos poſſit transferre ſolus papa, hoc habet. c. inter corporalia. eod. Et per. c. quanto. eod. habetur, quod epiſcopus qui propria auctoritate de ſua menſa ſe transfert ad aliam carere debet vtraq;. Et per. c. licet eod. ſolus papa transfert epiſcopos.

¶Beneficiato per pallium transfertur plenitudo pōtificalis officii. Et nomen archiepiſcopale.

¶Beneficiatus archiepiſcopus extra ſuam prouinciā pallio vti non poteſt, etiam ſi hoc habeat conſuetudo. c. ex tuarum. eodem.

¶Beneficiatus ſine licentia prælati ſui beneficio renunciare non poteſt. c. admonet. de renuncia.

¶Beneficii renunciatio facta in manibus laici, nō tenet, & renuncians tamē eſt beneficio ſpoliādus. c. quod in dubiis eodem.

¶Beneficiatus abſens in theologiæ ſtudio, fructus beneficiorum percipit in abſentia, ſed quotidianas diſtributiones, non. c. licet. eodem.

¶Beneficiati præbendati ignobiles & non eminentis ſcientiæ propter hoc non debent a præbendis ſuis repelli, etiam in eccleſia quæ tales admittere non cōſueuit. c. venerabilis. eodem.

¶Beneficiandus ſi mandare faciat ꝓuideri in eccle. non poteſt per hoc dē illa eccleſia prouideri. c. ſi. eo.

¶Beneficiatus ſi rector eſt eccleſiæ,& fit leproſus,dādus eſt illi coadiutor.c.de rectoribus. de cle ægrot.

¶Beneficiorum inſtitutio ſpectat ad epiſcopos, vel eorum officiales.c.ex frequentibus.de inſti.

¶Beneficia vt clericis ſolum certæ originis conferantur,ſeu vt in his inſtituantur,cū in eccleſiis oporter extraneos inſtitui non valet talis modus agendi, ſed vndecunq; ſint, debent inſtitui, dummodo ſiat idonei c,ad decorem.eodem.

¶Beneficiandus ſi inſtituatur ab eo qui poſſidet ius inſtituendi, licet ad eum de iure communi non ſpectet inſtitutio, Tamen in ſua poſſeſſione inſtituendi defenditur.c cum veniſſent.eodem.

¶Beneficiatus ad quem ſpectat collatio dignitatum ſe ipſum inſtituere non poteſt c.ſi eodem.

¶Beneficiatus inſtitutus ſcienter in beneficio viuentis,depo[n]endus eſt c.i.de conceſ præb.

¶Beneficii vacaturi promiſſio non valet.c. ex tímore eodem.

¶Beneficiando ſi prælatus promittit prouidere,cū poterit obligatur.c accedens eodem.

¶Beneficia ſpectantia ad collationem prælati duntaxat,non poſſunt conferri per capitulum ſede vacante.c illa ne ſed.vacant.

¶Beneficii occulta collatio bene valet, dummodo alias legitime facta probetur.c.i.vt eccle.benefi.

¶Beneficii collatio poteſt probari etiam per collatorem,qui in hoc eſt bonus teſtis.c ex.eſt cum glo in.c. ſi de pace tenen.& eius violat.

¶Beneficii collati a papa collatio non poteſt fieri ab inferiore c.cum olim.Et ibi Doc de re.iudi.vbi etiā Ioan de ymola,Et Pet de peru.dicunt, quod non videtur propterea renunciare gratiæ papæ, ſi quis prouidetur ab inferiori.

162

Beneficii collatio valet ſi tempore impetrationis beneficium excedebat ſummam, ſed nõ tempore col lationis, Oldra Conſi lviii.

Beneficiorum collatio generalis, non poteſt com mitti per epiſcopũ, niſi vicario ſuo. Ro. deci cccluxx. Et poteſt probari etiam per teſtes. Rota. deci cccc. ſi epiſcopus.

Beneficii collatio dari conſueti clerico ſeculari, fa cta monacho non valet. Rot. deci. lxxxv.

Beneficii collatio facta a ſuperiore videtur ſperni, quando poſtea acceptatur collatio facta ab inferiore & beneficio eſt priuandus, niſi probabiliter dubite, tur de inualiditate primæ. c. cum olim. doc, & Abb. de re iudi.

Beneficii præbendæ collatio facta ſub conditione ſi vacat, valet, etiam ſi commiſſarius papæ ignoret va cationem beneficii, ſecundum Bal. in. l. ii, C. de ſen, ten, Ioan. And, in c ſi tibi. de præb. in. vi. quod ve, rum, dum modo vacet ſaltem de iure, licet non de fa cto, ſecundum Bal. ibi.

Beneficii collatio facta etiam ſtatim poſt terminũ, non valet ipſo iure. c. ſi. de ſup. neglig. prælat.

Beneficii collatio facta clerico excommunicato, etiam minori excommunicatione, eſt ipſo iure nulla c. ſi. de Cleri. excommunica. miniſtrã.

Beneficii collatio facta ſcienter per papam, valet, quia ſapit diſpenſationẽ. glo. in. c. iii. de cle. excom.

Beneficiũ an importetur per traditionẽ poſſeſſio, nis. Oldra. conſi. cxviii. Rot. dec. cccclvi fuit dubita tum in no. quod fit ab habente poteſtatẽ cõferẽdi.

Beneficii collatio ſi negetſ ſpectare ad plarũ, pba, tur per famã, & reputationẽ cõmunem, Et quod erat I quaſi poſſeſſiõe cõferẽdi. Rot. dec. cxxvi. ſuffi, I no.

Beneficii collatio cũ clauſula, nõ obſtãte collatiõe

alteri facta, intelligitur, ſcilicet inualida, ne intelliga tur cum præiudicio alterius. Antho. & doc. in. c. cau ſam quæ de reſcrip. Bart. cepola. de ſeruitu. ruſt. & aquæ ductu.

¶ Beneficii collatio facta a vicario epiſcopi reuocato per conſtitutionem ſecundi vicarii (nondum ſibi facta notificatione reuocationis) valet, ſecundū Ioan. de pra. in l ſi quis. §. vnius ff de procura. Et ibi glo. Specu de legatis. §. finitur. Ludo. in ſingula in ver. vicarius, licet contradicat Ioan. Cal. in. c. ſua de offi. vacarii.

¶ Beneficii præbendati collatio de præbenda intelligitur, quod etiam ſit collatus canonicatus, cui annexa eſt præbenda Ang in. l. illud. de acq. hæredi.

¶ Beneficiorum collatio eius de cuius morte erat fama, cum re vera viueret, non valet, licet poſtea ille moriatur quia inſpicitur tempus datæ, quo collatio fieri non poteſt cum viuentis beneficia non vacabāt, ſecūdum Ang. in. l. ſi quis bona § ſed vtrum. ff. de acquir hæred Per c conſtitutus. de R eſ.

¶ Beneficii collatio facta valet, etiam non habita inquiſitione de idoneitate, licet papa mandauerit alicui collationem fiendam ſi idoneus reperiatur. Bar. in l. eum qui. § filius, ff. de acq. hæred. per Cle. primam, de offi. deleg. Ab. in. c. l. de re iudic. Innoc. in. c. ſina de præſumptio.

Beneficii collatio iam prius collati alteri ante eius acceptationem vel repudiationem facta, non valet Nec conualeſcit per repudiationem primi, Ab. in. c. accedens. de præb Bal. in marga. ver. beneficiū.

Beneficii collatio alicui facta per delegatum ad conferendum illud alicui non expreſſo cui, debet ratificari per delegantem. glo. in l. generali, ff. de ri. tu nup.

163

Beneficii collatio facta per excõmunicatum clam toleratum, valet, Innoc. in c. ſi vero, de ſenten. excom muni. quod verum, etiam ſi ſit facta ſcienti excommunicationem, quia valet, ſed debet priuari tunc is cui facta eſt, ſecundum Ioan. Calde in. q. excommunicatus.

Beneficio canoniæ non poteſt quis priuari per ſolum epiſcopum ſine capitulo, quia non reſideat. Oldra conſi. cxciiii.

Beneficiatus in eccleſia cathedrali, ſi canonicus, non poteſt eſſe minor quatuordecim annis. Rota de ci. cccxxvii. ſuppoſita. in no.

Beneficiatus canonicus in ordinibus non conſtitutus, nõ habet vocem in capitulo Ang. in au. de alie. & cui, §. hoc etiã. col ix Cle. hi qui de æta. & qual. Et ibi glo. dicit, quod ſufficit quod ſit in ſacris tempore electionis, licet tempore quo vacauit eccleſia, non eſſet in ſacris.

Beneficium canoniæ per infamem impetrari non poteſt, Bal. in marga. ver. canonicus.

Beneficiatus canonicus diſtribuens fructus ſuos primi anni inter canonicos, debet ipſe habere partem ſuam in eis Bar. in. l. ab omnibus §. ſi tirio. de le. i.

Beneficiati canonici debent ad eligendum citare canonicum qui eſt in alia dioceſi, cum nobis de ele.

Beneficiati canonici non poſſunt interdicere eccleſiam abſq; epiſcopo c. quæſiit. de offic. ord.

Beneficiatus canonicus iudex poteſt recuſari in cauſa canonici. c cum canonicus. de offi deleg. Specu de offic. de leg § ſupereſt.

Beneficiati canonici eligunt epiſcopum abſq; cõſenſu cleri. c. cum eccleſia. de cau poſſeſſionis c. i. de elec. niſi conſuetudo ſit in contrarium. no. glo. in c. conſtitutus de appella.

Beneficiati canonici poſſunt vnum ex eis vel plures eligere procuratores pro capitulo.c. cum dilectus de conſuetu.

Beneficiati canonici poſſunt agere pro eccleſia.c. eccleſiis,de probatio.

Beneficiati canonici poſtquam elegerunt prælatum,non poſſunt variare.Inno.in.c cũ inter.de elec.

Beneficiati canonici poſſunt habere abbatem in prælatum c cum Ioan.& And.de re iudica.

Beneficiati canonici debent præſtare epiſcopo reuerentiam.c.non liceat de præſcrip.

Beneficiati canonici præſumuntur ſcire mentẽ electi,ideo eligentes indignum priuantur iure eligẽdi. Bar.in l.ſi patronus de confir.tuto.

Beneficiati canonici ſoli habent vocem in capitulo,non alii habẽtes dignitatem ſiue canonici Inno. in.c.ii de inſti.Ab.in.c. cum olim. de re iudica vbi dicit,niſi conſuetudo ſit in contrarium.

Beneficium capellæ poteſt præſcribere decimas,& alia iura contra matricem eccleſiam.c. ex tranſmiſſa. Et ibi doc.de reſcrip.

Beneficium capellæ exiſtens in fundo cedit emptori cum fundo, Niſi habeat aditum ex publico l. ſi mercedem § ſi eum.per bar.ff. de ac empti.

Beneficium capellæ fiendum in eccleſia iuſſu teſtatoris,ſi fieri non poteſt propter loci inhabilitatem, debet conuerti in aliũ vſum eccleſiæ vtilẽ.c.quia cõtingit.de religi do.bal.in l.dictũ.C.de cõd.ob cám

Beneficium capellæ exiſtens in eccleſia exempta, non dicitur exemptum , niſi expreſſe ſit cum ipſa eccleſia exemptum.c.ex ore.de priuileg

Beneficiato epiſcopo ſi datur coadiutor,epiſcopo mortuo coadiutor deſinit eſſe coadiutor, Ang. in.l. i.C.qui pet.tuto bar.in.l.ſolet de tutel.

164

Beneficiato iniquo adminiſtratori coadiutor dari debet.c.debet de ſuppl.neglig. prælat.c apoſtolicæ.de re.iudic.lib vi.

Beneficiandus intelligat quod diſpenſatio eſt de genere prohibitorum,niſi ſit expreſſe permiſſa Doc. & Archi.in.c at.ſi clerici.de iudi.

Beneficiandus ſciat quod diſpẽſatio eſt rigoris mitigatio,vel pœnalitatis moderatio, facta per habentem auctoritatem ex publica auctoritate, vel vtilitate,vel alia rationabili æquitate.quam lex ciuilis indulgentiam vocat.bal.in addi. Specu de diſpẽſ.§.1.

Beneficiandus ſciat quod diſpenſatio debet fieri cum cauſa,alias non valet. c. Innotuit. de elec. imo peccat qui ſine cauſa diſpenſat Innoc in.c.Diuerſis. de cle.coniuga.c.veniens.de fil preſbite.

Beneficiandus ſi diſpenſatur ad duo beneficia curata impetranda, extenditur diſpẽſatio ad beneficia impetrata ante diſpenſationẽ Pau in l.& militibus. C.de teſta.milit.Et not.in.l ſi iã facta de cõ.& dem.

Beneficiandus ſi impetret diſpenſatione circa vnum defectum,non porrigitur ad alium defectum. l.cum propter.de leg præſt per Bar.Glo.xii.diſtinc. nec conſuetudinem . ibi dicit quod diſpenſatus ad vnum ordinem non poteſt ad alium promoueri ſuperiorem.xxxiii.diſt.lecta l.q.l.c l.

Beneficiãdus ſi impetrat diſpẽſationẽ inordinatã poteſt remoueri, ſed interim nõ impedit bñficii retẽtionẽ.In I c.diuer.de cle. cõ Bal I mar ver diſpen.

Beneficiandus ſi impetrauerit diſpẽſationem, Diſpenſatio præſupponit veritatem in contrariũ . Bal. in.l il.C de iur.au annul.

Beneficiandus ſi diſpenſationem impetrat , Sciat quod diſpenſatio eſt ſtricti iuris.Bal.in.l.i. C de indic.viduita.tollen.

Beneficiandus ſi impetret diſpenſationem circa plura beneficia curata, vel plures perſonatus, talis diſpenſatio tollit irregularitatem. Bal. in addi. ſpecu. de diſpen. ver. habens plura. Et in ſpecu. ver. hoc etiã ſciendum.

Beneficiato ſi ſuperior aliquid ſcienter facit, an per hoc inducatur diſpenſatio, no. Specu. tit. de diſpenſa. §. qualiter. Bal. in. l. bonorum C. qui admit. vbi dicit quod factum iudicis vel ſuperioris temerarium non poteſt dici diſpenſatio. Nec etiam factum ſuperioris, quod poteſt referri ad ius commune. Bar. & doc. in. l. quidam conſulebant de re iudic.

Beneficiato facilius diſpenſatur ſi habet plura parua beneficia, quam ſi habet vnum beneficium pingue Bar. in. l. ſi is qui tres. de excu. tuto.

Beneficiatus diſpenſatus ad beneficium, nõ poteſt illud permutare, niſi hoc ſibi ſpecialiter concedatur. Rot. deci. cccxxxii. ſi illegitimus. in no.

Beneficiandus ſi diſpenſatur, Diſpenſatio ſemel facta reuocari non poteſt contra voluntatem diſpenſantis, niſi ſit papa vel imperator, glo. in. c. cũ ex eo. de ele. lib. vi. Ludo. in ſingul. ver. an diſpenſatio. Sed ab epiſcopo reuocatur facta a vicario. Pau. cõſi. cxvii.

Beneficiandus illegitimus poteſt diſpenſari per papam, & non alium ſuper cura & ordine. Specu. de diſpenſatio. §. ſi.

Beneficiatus ſi promoueatur ad epiſcopatum, poteſt diſpenſari per papam quod retineat beneficia ſpectantia ad preſentationem laici, Rot. deci. cccxxxiiii. ſuppoſito facto &c. in no.

Beneficiatus ſi inſtituatur in beneficio, inſtitutio non transfert poſſeſſionem niſi corporalis poſſeſſio tradatur. c. cum Bertoldus, de re iudicata. Et in cõſpectu benefic.

Beneficiandus

¶Beneficiandus ſciat quod legatus in beneficiis non poteſt præiudicare patrono laico,ſed eccleſiaſtico ſic. glo.In c.dilectus de offic.lega glo ad caſum.c.dilectus de reſcrip.Specu de legat §. nunc tractemus.
¶Beneficium alicui dignitati poteſt legatus de late re vnire Rot deci lxi.legatus,&c.in no.
¶Beneficiatus de epiſcopatu poteſt ſine mandato tã quam coniunctus coniunctione ſpirituali agere pro capitulo.Fely.in.c.edoceri.de reſcrip.
¶Beneficiatus in vna eccleſia poteſt habere duas voces,& diſtributionem duplicatam,Abb in.c.olim. de re iudic. Et hoc quando habet dignitatem cum canonia. Secus ſi vni & alteri non poteſt deſeruire, quia non habebit quotidianas,vt quia cura eſt annexa.Ab.in.c.cum olim.de re iudic.
¶Beneficiatus canonicus qui nouiter eſt receptus in canonicum, ſi ratione ſtatuti illius eccleſiæ tenetur ad ſolutionem alicuius rei,& ſponte ſoluit,non coactus,committit ſymoniam Not.Abb.in.c dilectus. de ſymon Ioan And.in.c præterea.de iure patro Feli.in d c.dilectus.
¶Beneficiatus canonicus exiſtens non exiſtens in ſacris non habet vocem in capitulo, tamen ſi admittitur ad actus capitulares,vel ad electionem, talis electio non viciatur. Fely.in.c.cum. M. ferrarienſis.de conſtitutionibus.
¶Beneficiatus canonicus qui habet duas voces in capitulo,aut ex natura,aut quia ſit ſibi commiſſa non poteſt dare vocem ſuam vni, & alteram alteri. Fely. in c Quamuis.de offi. delega Ab in.c.cum olim. de re iudica. dicunt quod ſcholaris qui habebat duas voces, vnam vni, alteram ſibi commiſſam alteri non poteſt dare.
¶Beneficiatus canonicus,qui vadit principaliter ad

horas canonicas propter diſtributiones quotidia-nas,non autem propter officium diuinum,committit ſymoniã.tex.eſt in c.odii xxiii q.i.Et ibi Archi.
¶Beneficiato canonico ſi facta eſt delegatio,& moritur ſucceſſor in beneficio, non erit delegatus,quia commiſſio facta canonico cenſetur perſonalis, Ioan. de Imola in c ſtatutum de reſcrip in.vi.
¶Beneficiatus impetrans beneficium facta mentione de canonicatu, & non de præbenda, impetratio eſt nulla.Fely.in c.cum adeo.de reſcriptis.
¶Beneficiandus poteſt a capitulo ſede vacante impetrare beneficium iure deuoluto.Fel in.c. cum olim. de maio. & obed. Et poteſt recipere reſignationes. Poteſt etiam diſpenſare ſede vacante.Et dare beneficia in commendam Fely ibi.
¶Beneficii collatio facta homicidæ eſt nulla Fely.in c.inquiſitionis.de accuſa.
¶Beneficii collatio facta per epiſcopum excommunicatum per literas conſiſtoriales de rota emanatas, valet,Et ſi nondum erat declaratus,Fely in c.ad probandum.de re iudic.
¶Beneficii collatio facta per ſymoniã eſt nulla. Do. Car & Innoc.in.c.niſi de renuncia. Limita, niſi ille cui facta eſt,hoc ignoret.Debet tamen renunciare beneficio ſi hoc ſcit.
¶Beneficiorum collationes computantur inter fructus epiſcopales,Fely.in c cũ olim. de malo.& obe.
¶Beneficii collatio facta de nocte, valet non tamen caret ſuſpitione. glo.in.c.i. vt eccleſiaſtica beneficia, &c.Adde Fely in.c.conſuluit de offi.deleg.
¶Beneficii collatio facta per luio, eſt nulla ſecundũ Abb.in c quærelam de re iu idem Fede de ſe,in cõſilio ſuo incipiente,quæritur an collatio. Contrariũ tenet do.Car.in.d.c.quærelã.Et cõpoſt.in

c capitulũ de reſcr. vbi dicit, quod nõ inuenit quod collatio facta cõſtituto in crimine nõ inducente irregularitatẽ, ſi nulla huius opinionis eſt Archi. Et do. de ſanc. ge. in c. in ſcripturis. viii. q. i. Idẽ Cal. in titu. de præb. Con. xx. Et in tit. de accuſa. Conſi. iiii. vbi dicit expreſſe, quia collatio facta infami non eſt ipſo iure nulla. Adde quod Fely. tenet in. d. c. quærelam.

¶ Beneficiati diſpenſatio ceſſat vbi ceſſat cauſa diſpenſationis. Hoc Ludo. in ſuis cõſiliis, Cõſilio quod incipit, in caſu, &c. Fe. i. c que in eccl. de conſtitut.

¶ Beneficiati diſpenſatio in qua tacetur criminis accuſatio, vel litiſpendentia, non vitiatur. Ita Fely. in c. Cæterum. de reſcrip.

¶ Beneficiatus qui diſpenſatur ſuper pluralitate beneficiorũ, ſi tacuerit quod illa bñficia prius tenebat illicite, recipiendo fructus ſine diſpenſatione, non valet talis diſpenſatio. Fely. in. c. poſtulaſti. de reſcrip.

¶ Beneficiati diſpenſatio ad duo curata, intelligitur de primis. Fely. in. c. ſi. de treuga & pace.

¶ Beneficiatus diſpenſatus ad duo incompatibilia, non intelligitur in eadem eccleſia. Fely. in. c. poſtulaſti de reſcrip.

¶ Beneficium impetrans tenetur facere mentionem de illo beneficio quod obtinet violenter. Fely. in. c. in noſtra de reſcr.

¶ Beneficium impetrans debet facere mentionem de beneficio cui renunciauit, etiam ſi renunciatio non tenuit. Fely, ibi. Et de poſſeſſione colorata, quam habet alius in beneficio impetrato. ibi. Fely. & de poſſeſſione alterius, dummodo ſit annalis. Fely. ibi. nec tenetur facere mentionem de modo vacationis beneficii, quia per verbum vacat comprehenditur omnis modus vacationis. ibi. Fely.

¶Beneficia ſi quis impetrat vacatura, non veniunt beneficia cathedralis eccleſię niſi exprimatur. Fe. ibi.
¶Beneficio intruſus dicitur ille, qui nullum colorē in beneficio habet. Item qui habet ſine auctoritate ſuperioris. Ab. c. ii. de reſti in integ.
¶Beneficium poteſt conferre laicus ex priuilegio papæ Fely in. c. ii. de maſo. & obe.
¶Beneficiandus ſi impetrat a papa beneficium ſibi collatum motu proprio. Hoc facit, quod ſi non eſt expreſſus valor beneficii, tamen valet impetratio. No. Do car in cle. I. de præb. Ab in. c. ſi. de præſumptio. Fallit hoc in gratiis conceſſis motu proprio. No. Pet de Ancha in conſi ſuo cxxii.
¶Beneficium impetrans a papa motu proprio, nō facit valere gratiam in qua expreſſæ ſunt qualitates beneficii falſæ quia dicit ſimplex, quod erat curatū, vel valoris ducentorum, quod erat quingentorum. Ita Fely in c. ad aures. de reſcrip.
¶Beneficium permutans in manibus papæ, debet facere mentionem de aliis beneficiis, quæ habet. Fely. c. in noſtra. de reſcrip.
¶Beneficium ſuum permutans cum alio qui nō habebat verum titulum, Et ſic permutauit inualide, poteſt redire ad ſuum primum beneficium, Non tamē auctoritate propria, ſed ſuperioris, quia renunciatio valuit Rot. deciſi de rer. permuta. Et ſic opus eſt noua collatione. Tamen Fede. de ſe. in tracta. permutatio. q. i. & Gemi. in. c. i. de rer. permutatio: volunt quod non ſit opus noua collatione, ergo ſufficit licentia ſuperioris.
¶Beneficii permutatio non valet ſi ſit facta in manibus illius, qui habet ius conferendi iure ſpeciali. Do. de Rot. in tit. de ren. in vi. in no. Innoc. in Cle. ſ. de renunc, Abb. in. c. cum ex iniuncto. de hæreti.

Fely in c.auditis.de præſcrip.

¶ Beneficii renunciatio facta cum clauſula iſta, ſi epi ſcopo meo, vel domino meo placuerit, valet. Rot. de ci. vi de renunc. in aliquo. Fely. in. c. cum contingat. de offi. de leg.

¶ Beneficii titulus multiplicatur ad cautelam etiá in eodem beneficio. Fely in. c. in noſtra. de reſcrip. Et hoc ad ſe defendendum, non ad agendum. Ab. in c. poſt electionem. de præb. vel conceſ præb.

¶ Beneficii titulus in beneficialibus non cauſatur ex diuturnitate temporis, Nec per hoc præſumitur canonica inſtitutio Et ſic non præſcribitur, ſed cauſat præſumptionem tituli. ita Innoc. & Ab. in. c. illud. de præſump Bal in c. ex parte de teſti.

¶ Beneficii falſus valor expreſſus, non nocet ſi appa ret quod papa conceſſiſſet etiam pinguius beneficiū Fely. in c. ad aures de reſcrip.

¶ Beneficii valor eſt exprimendus oneribus deductis, Fely in, c. ad aures de reſcrip.

¶ Beneficii valor non comprehendit reditus caſuales, vt ſunt diſtributiones quotidianæ, mortuaria, etiam neceſſaria, quod verum, vt poteſt videri per Fely in. c. ad aures de reſcrip.

¶ Beneficii verus valor eſt exprimendus in gratia, alias eſt nulla Card. in Cle. de præben Et non ſolum Impetrandi, ſed & impetrati Rot in an. deci cccxxv. Niſi papa conferret motu proprio. Pet. de ancha. Conſi. cxxxvii. Et ſi dicitur quod ſi aſſeritur ſi eſt falſus, & probetur quod ſic aſſeritur, non viciatur gratia. Ab. in. c. ſi de præſumptio, vbi tenet, quod ſi con ſtet quod de mente papæ eſſet, conferre beneficium etiam maioris valoris, non vitiat falſus valor.

¶ Beneficii valor ſi eſt expreſſus minori quantitate, non nocet, ſi minus valet quam ſit expreſſum. Vide

Fely.In.c.fi.de præſumptio.
¶Beneficiatus canonicus eccleſiæ cathedralis regularis poteſt eſſe delegatus papæ ſicut alius religioſus obtinens dignitatem per Cle. Et ſi principalis.de reſcrip. Abb.In.c.cauſam quæ.de iudi.contrariũ tenet Arch.& Petr.de ancha doc.I.c ſtatutũ.de reſc. li.vi.
¶Beneficiatus canonicus non admittitur ad agendum pro concanonico ſine mandato, licet ſpiritualiter ſit coniuncta perſona.colligitur ex.c. cum cauſa. de conſtitutio.
¶Beneficium poteſt commendari per capitulum ſede vacante, donec per ſuperiorem fuerit prouiſum. No Ioan.And.in.c vnico.ne ſed.vacant lib.vi. Et ſede vacante poteſt ponere in beneficio adminiſtratorem.c bonæ.de appella.
¶Beneficiatus electus poteſt confirmari per capitulum ſede vacante.c.I.de inſtitutio.lib.vi.
¶Beneficiati canonici quantumcunq; moneant prælatum non reſidentẽ vt reſideat, non tamen poſſunt eum priuare.xxi. diſt.Inferior.
¶Beneficiatus curatus, Si in ſua eccleſia eſt fundator,poteſt eam tenere ſine diſpenſatione.ar.eoꝝ quæ notan. per glo in c.gratiæ.de reſcrip.lib vi.
¶Beneficiati capellani, Et alii beneficiati in eccleſiis, non ſunt de corpore collegii canonicorum, ſed de per ſe poſſunt facere capitulum,vel collegium c.dilecta,de exceſ,prælato. No.Ab.in.c penul. de clericnon reſiden.
¶Beneficiandus diſpenſationem obtinebit ab epiſcopo de iure in beneficio ſine cura. In beneficio autem curato, ſolus papa diſpenſat. arg. c. ſi. de fili. preſbir.
¶Beneficiandus illegitimus poteſt diſpenſari per epiſcopum in beneficio ſimplici, in aliis beneficiis a

paternis. glo. in c. ad abolendam de fil. presbit. Ad dignitatem autem aut beneficium curatum, solus papa. c ex tuarum. eod. titu. Si tamen illegitimus ingreditur religionem, per quam tollitur omnis irregularitas, vt in aut de monachis. in prin. poteſt fine aliqua diſpēſatione ad ordines ꝓmoueri. Nō tñ ad honores ſine diſpēſatiōe. c. fi. de fil presbit & ibi. gl.

¶ Beneficii electiui electio debet fieri in eccleſia per canonicos de conſenſu regis, vbi hoc habet conſuetudo.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, prælati electio poteſt fieri poſt mortem, anteq̄ cadauer tradatur ſepulturæ, Licet de honeſtate aliud debet ſeruari. glo. in. c bonæ de elect.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, electionis tractatus deliberatorius diffinitiuus ante mortē prælati eſt omnino illicitus, vt c. bonæ. ii. de ele. Et ibi. In. & alii Doc. Tamen cōſultorius nō, vt. c. ſi tranſlatos. lxxix. diſtinct.

¶ Beneficium vbi eſt electiuū, non poteſt in laicum cōpromitti, quia non eſt nudum miniſterium. c. contingit. de arbit. Ab. in c. cum cauſam de electio.

¶ Beneficium vbi eſt electiuum, Electus poteſt ante confirmationem iuri ſuo renunciare in manibus eligentium. Poſt confirmationem, non. Niſi in manibus ſuperioris, vt in. c i de tranſlat. prælato.

¶ Beneficiandus ſi gratiam impetrat, debet facere mentionem de loco ſuæ originis, quia in dubio papa intendit prouidere cuiq; in patria ſua. Et ſic nō valet niſi fiat. glo & Ab. in. c. ſi ꝓponēte, de reſ.

¶ Beneficio ſuo renūciare debet quis pure & ſimpliciter, nec debet deducere in pactū vt cōferatur certæ perſonæ, alias non valeret collatio, & renunciatio alteri facta, vt no glo in. c ex parte de offi. deleg.

¶ Beneficio licet quis renunciare non poſſit ſine licẽtia ſuperioris c, admonet. de renun. Poteſt tamen ſe obligare iuramento ad non mouendum quæſtionẽ ſuper illo. vt. c. audita. de reſtitu ſpoliato. quod procedit inquantum concernit fauorem renunciantis. Secus autem inquantum petitio fundatur ſuper vtilitate eccleſiæ & parrochianorum, quia in illorum præiudicium non potuit ſe obligare ſine licentia ſuperioris. vt ibi no. Ab.

¶ Beneficii ſui titulum nemo compellitur oſtendere, ſi factum eſt antiquum, & prælatus tacite vel expreſſe conſenſit diu poſſidere. Et propter antiquitatem facti admittitur probatio per iuramentum poſſidentis, vt in. l. ſi arbiter. ff de probatio. Si autẽ ius reſiſtit, quia poſſidet duo beneficia incompatibilia, non ſufficit antiquitas, vt quia eſt minor, vel incapax. Facit in ar. c. ordinarii. de offi. ordina. lib. vi. Poterit tamen prælatus probare defectum tituli. arg. c dilectio. de præben. Ioan. And. in. c. i. de re. iur in vi.

¶ Beneficia permutare poteſt cogere epiſcopus beneficiatos ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſiæ. Videlicet ad euitandum ſcandalum, & perſecutionem alterius. Innoc. in. c. niſi cum pridem. de renunciatio. idem Ioan. And. Et hoc maxime, ſi non poteſt aliter eccleſiæ conſuli, ſaltem per dationem coadiutoris. not. Ab. in. c. quæſitum de rer. permutatio.

¶ Beneficiati poſſunt libere tractare inter ſe de permutatione fienda. Non tamen debent illam concludere, ſed ſupponere ſe diſpoſitioni ſuperioris. not. Ioan. And. in c. vnico, de rer. permuta. lib. vi. glo. in Cle. vnica, eod. titu.

¶ Beneficii permutatio ſi completa eſt ex vna parte, & per alteram ſtat quominus compleatur, reſtituitur

primus ad ſuum beneficium. Colligitur ſecundum Ab. ex c. cum vniuerſorum de re permuta.

¶ Beneficium præbendatum vacans ex cauſa permutationis, non debet alteri conferri, quam permutare volenti. c. Inter cætera de. præb. Nec expectás apoſtolicus poteſt illud acceptare. c. pri. de rer. permuta. in. vi.

Beneficia permutare volentibus acquiritur ius in beneficiis permutatis abſq; alia traditione, interueniente ſuperioris auctoritate. Fac. c. ſi tibi abſenti de præb. lib. vi Et colligitur ex. c. Inter cætera, de præben. vbi hoc commendat Ab. Ex quo patet, quod in ſpiritualibus ex ſolo titulo abſq; alia traditione acquiritur ius in re.

Beneficii præbendæ vacaturæ promiſſio poteſt fieri iam recepto in canonicum, quandocunq; facultas ſe obtulerit. vt c relatum de præb. Alias autem ſi in canonicum receptus non eſſet, non valeret, niſi auctoritate papæ mandaretur fieri. Not. Ioan And, poſt Innoc. ibi.

Beneficia præbendarum eccleſiæ cathedralis ſi efficiātur tenuis redditus, poteſt eis epiſcopus vnire cappellas, ſeu eccleſias parrochiales, Reſeruata tamē ipſarum preſbyteris portione canonica tex. eſt in. c. expoſuiſti. de præben. Alias ſi capitulo & preſbytero nō ſufficiunt, tenetur epiſcopus prouidere de ſuis reditibus xii. q. ii. c. conceſſio.

Beneficio curato canonicus regularis hodie poteſt ſine diſpenſatione de cōſenſu ſui prælati præfici per epiſcopum. Not. Rom. Conſi. cclxii.

Beneficii collationem non videtur facere epiſcopus eo ipſo quod permutantibus conſentit. Not. Fede de ſenis. q. xxv.

Beneficiandus illegitimus diſpenſatus vt poſſit

INCIPIT MODVS VACANDI Beneficiorum.

PRIMVS modus vacandi eſt. Si quis poſſidet beneficium curatum, & poſtea contingit ipſum aſſequi aliquid curatum Apoſtolica, vel quacunque alia auctoritate, ſcilicet, ordinaria, vel iure patronatus, primum beneficium quod antea habuit vacat, niſi obtenta diſpenſatione apoſtolica. Et expectantes vigore gratiæ tale beneficium acceptare nõ poſſunt, ſed eſt apoſtolicæ ſedi ſpecialiter reſeruatum.

¶ Secundus modus eſt. Si quis habuerit beneficium curatum, & poſtea obtinuerit a domino noſtro Papa gratiam de beneficio cum cura vel ſine cura, & ſi antequam gratia ſortiatur effectum non permutat vel reſignat, tale beneficium curatum, vel non curatum ipſo facto vacat, & eſt ſedi Apoſtolicæ reſeruatum.

¶ Tertius modus eſt Si quis habet beneficium cum cura vel ſine cura, & quam cito gratia ſua ſortita eſt effectum, primum beneficium quod impetrans obtinuit vacat, niſi mentionem fecerit de tali beneficio obtento in impetratione ſuæ gratiæ expectatiuæ.

¶ Quartus modus eſt. Si quis habet beneficium cũ cura, & poſtea gratiam impetrauit de beneficio cum cura vel ſine cura, alter poſt primum impetrare per clauſulam, ſperare vacare. Et quãcito aliud beneficium aſſequitur cum cura, ille ſecundus habebit primum. Etiam ſi interim reſignaret huiuſmodi occaſione, & nullius alterius, etiam qualitercunque vacaret, niſi per mortem.

¶ Item ſi quis habet beneficium propter quod teneatur ſe facere promoueri ad ſacros ordines infra an

num. Et ſi non fecit ſe promoueri poſt habitam pacificam poſſeſſionem, tale beneficium vacat per non promotionem. Sed tamen epiſcopus poteſt ſecum diſpenſare ad ſeptennium cauſa ſtudii & alias non, ſic tamen ꝙ infra annum ſit ordinatus in ſubdiaconū. Papa autem poteſt diſpenſare ad placitum ex quacunq; cauſa. Item cum lis pendet inter duos vel tres ſuper vno beneficio vel pluribus dum moritur vnus litigantium, & lis ipſa non ſit deciſa, beneficia huiuſmodi vacant & ſunt reſeruata, & ſubrogatur collitigans in iure defuncti etiam infra menſem alterius impetrantis, iuxta regulam de ſubrogandis collitigantibus.

Item per apparentem incorporationem, cum religioſi habent collationem ad certa beneficia, quæ clericis ſecularibus conferenda ſunt. Et ſi ipſi ſuis fratribus conferant ac ſi iſta eſſent incorporata etiā vacāt.

Item per liberam reſignationem, vt ſi aliquis reſignat aliquod beneficium coram notario & teſtibus vel in manus habentis poteſtatem admittendi reſignationem huiuſmodi, etiam non conſenſu patroni interueniente, tale beneficium vacat.

Item vacant beneficia per contractum matrimonii per verba de præſenti.

Item ſi quis habet beneficium eccleſiaſticum & ingreditur monaſterium, vel aliquam duxerit vxorem beneficia ſua vacant per ingreſſum monaſterii, vel religionis, vel contractum matrimonii.

Item nullus illegitimus poteſt obtinere dignitates, perſonatus, vel officia in cathedrali eccleſia, vel etiam Metropolitanā. Et ſi quis illegitimus habet talia beneficia abſq; diſpenſatione apoſtolica vacant, & ſunt ſedi apoſtolicæ reſeruata.

Item vacant per irregularitatem, vt ſi quis iniecit

121

manus violentas in clericum vel in aliquam perſonã eccleſiaſticam,& ſe poſtea diuinis immiſcuerit.

Item omnium illorum beneficia vacant, qui celebrant in loco interdicto,vel coram excommunicato. Sententialiter tamen per iudicem declarari debent, alias non vacant.

Item quis habet beneficium cum cura vel ſine cura,& poſtea promouetur in epiſcopum,vel abbatem beneficia vacant. Si in epiſcopum, per munus conſecrationis Si in abbatem,per munus benedictionis.

Item ſi quis habet beneficium eccleſiaſticum, & moritur in curia Romañ. vel infra duas dietas legales a Curia,ipſius beneficia ſunt ſedi apoſtolicæ reſeruata.

Item ſi quis habet beneficium cum cura, vel aliquam dignitatem & non eſt Vigintiquatuor annorum ſuum beneficium vacat, niſi ſuper hoc diſpenſatione obtenta.

Item per promotionem, vt ſi quis promoueatur ad ſacros ordines, ſententia maioris excõmunicationis ligatus,ipſo facto beneficia ſua vacant.

Item per promotionem, vt ſi quis prcmoueretur ad ſacros ordines ſententia excommunicationis minoris ligatus, ipſo facto ſua beneficia vacant.

Item per non promotionem, vel reſidentiam, vt cum beneficium ex officio vel fundatione requirit reſidentiam aut moram perſonalem,nõ habita diſpenſatione illius non reſidentiæ, omnia talia beneficia vacant. Et ille caſus frequenter contingit in beneficiis quæ ſunt de iure patronatus laicorum. Et contingit quando ex officio vel fundatione requirit pręſbiterum,vel vnum qui procedere poſſit infra annũ ad ſacros ordines Et collatores conferunt aliquando illi qui impetrat diſpenſationem ſub conditione,ꝙ

quamprimum venerit ad annos diſcretionis promo ueatur,& perſonaliter in beneficio reſideat, quod ſi non fecerit beneficium vacat.

¶ Item vacant permutationem ſimoniaca prauitate vel pacto interueniente.

¶ Item per inabilitatẽ,vt ſi minor.xv.annorum ſine di ſpenſatione obtineat beneficiũ, vacat illud de facto.

¶ Item beneficium vacat ſi quis infirmitate conſtitu tus reſignaret aliquod beneficium vbicunque in Ro. cũ vel extra.ſi moritur infra.xx. dies, tunc beneficia reſignata vacant per mortem, & non per reſignatio- nem,& ſunt ſedi apoſtolicæ reſeruata.

¶ Item per irregularitatẽ homicidii, vel non curan tis mandata apoſtolica executioni demandare.

Itẽ ſi qs ſtetit per annũ in excõicatione,ipſius bene ficia vacant, Similiter eius qui celebrat coram excõ- municatis,vel ſcienter in loco interdicto.

Item vacant beneficia cum cura,etiam dignitates perſonatus,ſiue per conſtitutionem execrabilis fe.re. Io.papæ xxii.hoc modo, ſcilicet. Si quis habet vnũ beneficiũ curatum, aut dignitatẽ, aut perſonatũ, & retinet primũ cũ ſecundo per mẽſem ſine diſpẽſatio ne,tunc vacat vtrunque,& perdit tã primum, quam ſecun- dum,& efficitur inhabilis ad illa & qualiacunque be neficia eccleſiaſtica ſimilia vel diſſimilia obtinenda, tamen ſimplicia & alia ſine cura quæ dignitates,& perſonatus non ſunt per eum prius habita.

Item quandoque vacant beneficia per reuocationẽ vnionum & incorporationum.

Item quandoque per reuocationem cõmendarum factarum auctoritate apoſtolica vel ordinaria.

Item ſi quis acceptat cum gratia ſua expectatiua & non publicat ſeu publicari faciat inſtrumentum ac ceptationis,& prouiſionis cum aliis literis,tale bene

122

ficium vacat.

Nota ꝙ poſt citationem executam lis dicitur pẽdere in tantum ꝙ ſi alter litigãtium moritur in Curia, vel extra lite indeciſa, tunc vnus papalis non poteſt illud beneficium acceptare, ſed ſolus papa habet de illo diſpenſare. Caueat ille litigans, ꝙ faciat ſe in ius defuncti ſubrogare ne alter ipſum præueniat ad minus per menſem, quia litigans habet totum menſem poſt impetrationem ſe ſubrogari facere in iure collitigantis defuncti. Quæ practica eſt multis ignota, & tamen Rota ita ſeruat. Et idem ſi litigantes ſimul concordent lite indeciſa, & alter ipſorum moritur, & non renunciat, tunc illud beneficium iterum cenſetur papæ reſeruatum, & non cadit ſub gratia expectatiua. Et hoc eſt verum ſi lis pendet in Ro. Cu. ſecus tamen alibi etiam ſi aliquis renunciat beneficium in Cu. tunc etiam cenſetur in diſpoſitione ſolius papæ.

Item ſi quis impetret aliquod beneficium realiter deuolutum, vel reſeruatum, vel alias debito modo vacans, poſtea impetrans aliud beneficium, & non curat proſequi primum, tunc illud beneficium ſtat in diſpoſitione ſolius papæ, nec reuertitur poteſtas prouidendi ad ordinarium.

Item per liberam reſignationẽ, vt ſi quis reſignat aliquod beneficium coram notario, & teſtibus, vel ad manus habentis poteſtatẽ admittendi reſignationem hmõdi cum conſenſu patroni interueniente, beneficium vacat apud collatorem, niſi reſignatio ipſa non ſit realiter probata, ſcilicet, ꝙ impetrans ſit effectualiter adeptus poſſeſſionem illius beneficii, tunc primum reuertitur ad ſuum principium.

Item gratiam in communi forma pauperum aliquo ſi habente publicationem gratiæ huiuſmodi

ordinarius confert beneficium vacans collatio tenet ſecundum aliquos. Aliqui tamen dicunt ꝙ non, ſcilicet, dominus Ioan. Cal. qui tenet, ꝙ ante purificationem gratiæ manus ordinarii ſint clauſæ, & ligatæ, dummodo infra menſem poſt vacationem beneficii purificet & acceptet, & ita fuit alias obſeruatū. Secus tamen eſt de gratia ſpeciali.

Item habens gratiam in communi forma pauperum ante vacationem tenetur ordinario literas ſuas inſinuare, alias non poteſt acceptare. Sed habens gratiam in ſpeciali non tenetur, niſi propter concurrentes & maiorem diligentiam.

Item ſi expectantes ſunt in diœceſi, & vacet beneficium in menſe Papæ, ordinarius non poteſt conferre infra menſem poſt vacationem, & hoc propter decretum irritans Papæ. Sed ſi non fuerit acceptatum infra menſem, tunc poſt menſem conferre poteſt, & ſic valet.

Finis modus vacandi.

173

MODVS SERVANDVS IN executione, ſeu proſecutione gratiæ expectatiuæ.

RIMO habitis bullis plūbatis executor, vel iudex executores ſiue iudices ſi fuerit, vel fuerint in Rom curiã vel in partibus, vadat, vel vadant bullis, & debita cum inſtantia requirat, ſeu requirant, & humiliter petat, ſeu petant, vt procedat, ſeu procedant, ad executionem ſupradictæ gratiæ, ſecundum eius directam formam, & tenorem literarum apoſtolicarum ſibi deſuper dicta gratia cõceſſarum. Qui executor, ſiue executores, ſi procedere voluerit, vel voluerint, aſſignet, vel aſſignent, impetranti certum terminum ad comparendum coram eo, vel coram eis, producendum & docendum de vita ſua laudabili & conuerſatione honeſta, & de omnibus neceſſariis faciat plenam fidem ipſo, vel ipſis executori, ſeu executoribus, aut iudici, vel iudicib. ¶ Habeat notarios & tabelliones publicos literaſq; executoriales, ſeu proceſſus per dictos executores, ſeu iudices faciendos, vel ſigillandos, vt executores poſſint in ipſis legere, ſeu pronunciare inhibitiones & reſeruationes decreta & mandata in ſcriptis proferenda Et ipſis executoribus & proceſſibus ſigillatis, & omnibus aliis præmiſſis ſic peractis fiat notificatio literarum apoſtolicarum & proceſſuum inde ſecutorum quanto citius fieri poterit collatoribus, vel collatricibus in hunc modum.

Modus Seruandus

MODVS INSINVANDI LI-
teras Apoſtolicas Collatori.

IMpetrans accedat ad Collatorem, vel ad Collatricem vel eccleſiam eorundem, vel ad capitulum cũ notario & teſtibus idoneis aſſumptis vna ſecum delegato executore, vel ſubdelegatis executoribus, qui hæc ſpecialiter receperunt in mandatis ſi eorum copiam vel præſentiam habere poſſit, deinde dictas literas apoſtolicas, & proceſſus inde ſecutos Collatoribus vel Collatricibus inſinuet ſimul & ſemel notificetq; publice & legat de verbo ad verbum & copiã auſcultatam eis tradat, & requirat notarium, ſuper hoc vt de notificatione, publicatione, inſinuatione, lectione, & traditione huiuſmodi ſibi conficiat publicum inſtrumẽtum. Si vero Collator, vel Collatrix, vel Collatores, vel Collatrices, forte indignati nollẽt audire huiuſmodi notificationem inſinuationem literarum apoſtolicarum & proceſſuum inde ſecutorum præſentationes, quas executores fingentes, vel eorum, ſeu earum præſentiam commode habere non poterint, vel quia forte habitant in caſtris, vel propter metum corporum ex quo dicti ſubdelegati executores, notarii, teſtes, & alii ad hoc neceſſarii ad dictos Collatores, ſeu dictas Collatrices accedere ſecure nequeant, ad inſinuandum iſtas literas, & proceſſus ſaltem fiat in eorum eccleſiis inſinuatio literarum Apoſtolicarum, & proceſſuum prædictorum, & offeratur copia auſcultata de verbo ad verbum dictarũ literarum, & in ſummo altari ponatur, & ſufficit, quia quilibet prælatus tenetur in eccleſia ſua habere procuratorem, vel officialem de iure.

¶ De prouiſione facienda.

PRimis vero pactis impetrans acceptet ſicut poſt ea dicetur, qua acceptatione facta, vadat cum notario & teſtibus ad executores ſubdelegatos, vel ad principales, & ſi eorum præſentias habere poterit. Acceptationem huiuſmodi per ipſum factam, & in publicam formam redactam, & ipſum inſtrumentum notificet, & inſinuet. Inſinuatiſq; requirat huiuſmodi executores debita cum inſtantia, & humiliter ab eis requirat, vt huiuſmodi beneficium vacans, & per ipſum acceptatum ſibi cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis conferant, vel aſſignent, & principaliter inueſtiant in corporalem & realem poſſeſsionē ipſius beneficii inducant & defendant inductum, ac faciant ſibi de huiuſmodi fructibus, prouentibus, iuribus, & obueniētibus vniuerſis integre reſpōderi. ¶ Item ſi Collator, vel Collatrix in præmiſſis aliquo modo ſe opponunt, vel ipſum impetrātem in aliquo ſcilicet, poſſeſſione pacifica, vel fructuum, perceptione, vel alias quouiſmodo nitantur impedire ex tunc executores præfati eorum literis & mandatis faciant & mandent monere Collatores, vel Collatrices quoſcunq;, vel quaſcunq;, & alios, ſeu alias impetrantem ipſum in aliquo impedientes, vt infra certum tempus poſt mōitionem hmōi eis factam ab huiuſmodi impedimentis, ſeu perturbatione deſiſtant, alioquin in ſententiam excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti incidant, & incidiſſe denuncientur in eccleſiis cathedralibus collegiatis, & ſingulis aliis publice & manifeſte diebus Dominicis, & feſtiuis. *Si* vero Collator, vel aliquis alius appellauerit contra proceſſus, & mandata ſeu monitiones dictus impetrās proteſtatur, ꝙ huiuſmodi cauſam cōmitti faciat

domínis de Rota decidendam, & fine debito termi nandam. Poſtea vero ſi Collator, vel collatrix, diceret ſe velle dicto impetranti beneficium acceptatum conferre impetrans non conſentiat, ſed petat vt eum admittat, & ſibi ſint fauorabiles, & iidem executores ſui ſibi conferant illud, alioquin ſi impetrans cōſentit in collationem collatorum, ſtatim gratia ſua expirauit. Item caueat impetrans ne decipiatur ſcilicet ne Collatores, vel collatrices eum decipiant me diañ promiſſione aliqua, vel obligatione, ſed quicquid cum ipſis placuerit de eo faciat ſibi fieri ſufficientem cautionem quia dicunt ſe de iure non tenere promiſſiones nec obligationes factas impetranti. Item ſi adepta poſſeſſione impetrans ſentiat ſe grauatum per ſententiam ſui dioceſani aut cuius officialis aut collatorum dicentium ſe habere iuriſdictionem ordinariam ſuper ipſum impetrantem ratione beneficii per eum adepti, ſtatim ipſe impetrās a dicto grauamine cum ad eius notitiam peruenerit ſuper eo habito maturo conſilio iuriſperitorum appellet viua voce coram Notario & teſtibus & proteſtetur, ꝙ infra.x di.intendit appellare in ſcriptis Et infra illud tempus vadat ad executorem, vel executores, & requirat eum vel eos debita cum inſtantia, & petat humiliter, vt ipſi eum defendant & prouideant ſibi de remedio oportuno ſicut de iure tenentur, ꝙ ſi forte tenuerint, & contempſerint impetrans præfatus appellet ad ſedem apoſtolicam in ſcriptis contra collatorem vel collatricem, ipſum grauantes, vel contra executores, iuſtitiam ſibi denegantes, & habeat iſtam app.in carta ſcriptam & legat eam in hunc modum coram vobis Notario & teſtibus hic præſentibus, & aſtantibus, &c. Ego N. Canonicus ſiue rector, &c dico & propono, ꝙ Epiſcopus Præpoſi

125

tus Decanus, & Capitulum talis eccle.&c.contra me tale mandatum emiſerunt, &c. & mihi deſtinarunt cuius tenor ſequitur & eſt talis, &c. In quo quidem mandato diuerſa grauamina indebite mihi contra iuſticiam inferuntur & illata continentur. Super qui bus executores mei in gratia mihi facta a Sede apoſtolica deputati, licet per me debita cum inſtantia fuerint requiſiti me defendere ac de oportuno reme dio prouidere contra iuſticiam denegantes in omni bus & ſingulis ſentiens me indebite grauatum timenſq; veriſimiliter amplius poſſe grauari ad ſedem apoſtolicam in his ſcriptis prouoco,& appello apoſtoloſq; & literas dimiſſorias inſtanter inſtantius, & inſtantiſſime mihi dari peto ſiquis mihi dare volue rit aut etiam poterit. Qui ſi mihi denegati fuerint ex huius interito ſentiens me grauatum indebite, & oppreſſum iterum prouoco & appello ſubmittēs me & mea omneſq; mihi adherentes,& adherere vo lentes tuitioni & protectioni dicte ſedis, &c. vt moris eſt in appellationibus fieri.

¶ Item impetrans expectet donec ſibi vacauerit rēm petens beneficium nulli alteri de iure debitum quā ſibi de huiuſmodi vacatione conſtiterit, & ſi illud beneficium vacauerit ſtatim poſt notificationem literarum & proceſſuum Collatoribus, vel collatricibus factam illud acceptet ſub hac forma coram Nota rio,& aliis perſonis ibidem aſtantibus. Ego N depo no & dico,ꝙ x.diebus circa, vel citra ad mei notici am peruenitq; parrochialis eccleſia.N,ad collationē &c.Reuerendorum religioſorum Abbatis & Cōuen tus nunc.N.vacauit, & vacat ad præſens per mortē, ſiue per obitum, vel per liberam reſignationem do mini N.Canonici,quapropter eandem eccleſiam par rochialem ſiu, &c. tanq̄ mihi & nulli alteri debitā

de iure cum omnibus iuribus et pertinen. ſuis vni-uerſis in hiis ſcriptis accepto, et volo mihi quanto ci tius fieri poterit de eadem prouideri vigore et au-ctoritate gratiæ apoſtolicæ dudum mihi per San-ctiſſimum dominum noſtrum Papam'. etc. mihi et ſuper quamuis aliam diſpoſitionem coniunctim, vel ſeparatim talis vel talis ſcilicet qui tali vel tali diœceſis vacat vel cum vacuerit in futurum, prout in literis apoſtolicis ſuper huiuſmodi gratia confectis plenius continetur. Et proteſtor nihilominus ꝙ ſi mi hi dictum beneficium de iure non debeatur ſaluum et illeſum ſit, & maneat mihi ius ad illud benefi-cium mihi & et nulli alteri debitum de iure acce-ptandum vigore gratiæ expectatiuę, et ſupradicta au ctoritate etc. Inuocans ſuper his teſtimonium aſtā-tium omnium perſonarum et præcipue tui notarii publici hic præſentis et requiro te ſub debito officio et iuramento præſtito ſuper his prædictis vt conficias mihi publicum inſtrumentum Nota ꝙ ſi poſt cita tionem executam lis dicitur pendere in tantum ꝙ ſi alter litigantium moritur in Curia, vel in partibus lite indeciſa tunc nullus Papalis poteſt beneficium acceptare, ſed ſolius papa habet de iſto diſponere. Ca ueat ergo ille collitigans, et faciat ſe in ius illius de functi ſurrogare ne alter ipſum præueniat Et idem ſi collitigantes ſimul concordant lite indeciſa, et ſi al ter ipſorum moritur, et non renunciat tunc benefici um cenſetur Papæ reſeruatum nec cadit ſub gratia expectatiua ſeu expectātium. Hoc eſt verum ſi lis pen deat in Romana Curia, ſecus tamen ſi alibi etiam ſi quis renunciat in curia beneficium ſtatim cenſetur papæ reſeruatum in eiuſdem diſpoſitione.

¶Modus reſignandi beneficia.

SI quis beneficium libenter vellet reſignare, ſiue renunciare, et timeat papales cum gratiis expectatiuis conſtituat procuratorem in Rom. Cu ad renunciandum, et videas ꝙ tu habeas illud in poteſtate tua, tunc potes renunciare quando volueris, et facta renunciatione incontinenti impetret, tanquam per renunciationem. Aliter tamen poteſt fieri Impetret ille beneficiatus vnam expectatiuam gratiam poſtea impetrabimus beneficium ſuum per aſſecutionem auctoritate apoſtolica fiendam cum clauſula etiam ſi per liberam renunciationem in Romana Curia, vel extra eam factam, cum clauſulis aliis oportunis vt in forma.

¶Si quis impetrauerit beneficium realiter deuolutum vel reſeruatum vel alias debito modo vacans et poſtea impetret aliud vel non curat proſequi primum, tunc illud beneficium ſtat in diſpoſitione ſolius papæ per manus appoſitionem.

¶Si aliquis impetrat beneficium generaliter deuolutum vel reſeruatum, & antequam adipiſcatur plenam poſſeſſionem illius moritur, aut renunciat, vel non curat proſequi, adhuc ſtat diſpoſitio illius beneficii in manibus ſolius papæ, nec reuertitur poteſtas prouidendi, ad ordinarium ſeu Collatorem, niſi vacatio huiuſmodi facta realiter ſit purgata, videlicet, ꝙ impetrans effectualiter ſit adeptus poſſeſſionem illius beneficii tunc primũ reuertitur ad ſuũ bñficiũ.

¶Habens gratiam in communi forma pauperꝫ ante purificationem gratiæ ſuæ ordinarius beneficiũ cõferet ſecundum aliquos. Aliqui tamẽ dicunt ꝙ non ſcilicet dominus.Io.Cal q tenet ꝙ ãte publicationẽ grĩę ſuę in cõmuni forma pauperꝫ manus ordinarii

ſunt ligate dummodo eam infra menſem poſt vaca‑tionem beneficii purificet & acceptet,& ita fuit ali‑as obſeruatum ſecus tamen de gratia ſpeciali.

¶ Ordinarii niſi poſſunt beneficium conferre infra menſem poſt vacationem & hoc propter decretum papæ. Sed ſi fuerit acceptatum infra menſem tunc iterum non poteſt,quia ſua collatio non valeret. Po teſt tamen poſt menſem conferre & ſic valeret Ha‑bens gratiam in communi forma pauperum tenetur ante vacationem literas ſuas inſinuare ordinario ali as non poteſt acceptare.Sed habens gratiam in ſpecia li non tenetur literas inſinuare ordinario,alias bene poteſt acceptare,niſi propter concurrentem & maio‑rem diligentiam,Si quis habet beneficium curatum & aſſequitur aliud curatum auctoritate apoſtolica, tunc primum vacat ſedi apoſtolicæ, per aſſecutionẽ & ſtat in manibus papæ, aut cadit ſub expectatiuis gratiis.Secus tamen ſi aſſecutus ſit auctoritate ordi‑naria,quia tunc primum vacat ordinario ſuo,& Pa‑pales acceptare non poſſunt.

¶ Habens beneficium curatum & aſſequitur aliud curatum quacunq; auctoritate tunc primum ſtatim poſtq̃ habuerit poſſeſſionem ſecundi beneficii,tene‑tur dimittere primum infra menſem in manibus or dinarii,niſi lis moueatur ſuper ſecundo, ꝙ ſi ambo retinuerit ſimul per menſem, tunc ipſe eſt priuatus vtroq; & cum hoc efficitur inhabilis ad alia obtinẽ da,& ambo beneficia vacant cu.Rom.iuxta conſtitu tioñ.execrabilis. Si quis efficiatur de familia papæ, vel eius officialis tunc beneficia ſua ſunt ſedi apoſto licæ reſeruata Etiam ſi moriatur anteq̃ de officio fa‑miliaritatis ſe intromittat & poſtq̃ acceptauerit,ni‑hilominus ſi poſtea reſignet adhuc eius beneficia ſunt reſeruata. Ordinarius ſemper debet conferre benefi‑

cium & præſentare coram Notario publico, & inſtrumenta collationis,& præſentationis cum ſigillis propriis roborare quia literis ordinariorum nō ſem per creditur niſi quis doceat,& hoc de conſuetudine quia ordinarii conſueuerunt tales literas tantum ſigillis propriis roborare. Et hoc in deciſiō. Rote plenius continetur. Si quis vigore gratiæ ſue aliquid acceptaret beneficium, & faciat ſibi prouideri ſeruatis ſeruandis,ita ꝙ ius ſibi debetur in iſto beneficio poſtea ſibi datur intruſus,vel alias quomodolibet impeditur vel perturbatur, & ſic de iſto beneficio concordant & ille alter obtinet beneficium & ipſe aliud vult acceptare vigore gratiæ ſue, quæro vtrum poſſit, Dico ꝙ non quia per ſolam acceptationem gratia ſua fuit caſſa quo ad alia beneficia,ex quo ſibi debetur ius in primo alias committeretur fraus in infinitis, quia papa vult ipſum impetrantem tantum de beneficio prouiſum eſſe. Item cadens in pœnam conſtitutionis execrabilis eſt inhabilis ad quæcunq; beneficia obtineñ. & non poterit ſine diſpenſatione ſpeciali ad aliqua beneficia promoueri, & omnia alia beneficia quæ habet vltra illa duo curata poſſunt impetrari. Habens beneficium curatum,& ſi aſſequitur aliud curatum auctoritate ordinaria, & papales acceptant illud, & iſte primus retinet iſta duo curata per menſem, ita ꝙ cadit in pœnam conſtitutionis Execrabilis quæro cui debeantur. Dico ꝙ acceptanti ſuper in literis datur dummodo nulli ſit ius quęſitum Item vbi plures ſunt collectores in dioceſi,vel ciuitate, ꝙ beneficia talium non ſunt reſeruata, & hoc ſi ambo vtantur officio ſubcollectoris. Si autem alter eorum vtitur tunc beneficia ſunt reſeruata alias non vt vult regula domini Gregorii papæ xi. Sed ſi omnia beneficia acceptauerint, licet vnus

exerceat tunc nullius beneficia ſunt reſeruata.

NOTA ꝙ lis vertitur inter. A & B. ſuper aliquo beneficio, tamen ꝙ A. renunciat beneficium, & poſtea moritur, B. venit A. & vult rehabere beneficium. Quæritur nunquid poſſit. Diſtinguitur aut renunciat libere omnibus iuribus ſuis, aut alias amicabiliter ſe cum ipſo componit. Si libere aut in manibus ordinarii aut coram autenticis perſonis. Si in manibus ordinarii, tunc non poteſt habere regreſſum. Si coram autenticis perſonis, tunc aut in medio iuramento aut non. Si medio iuramento tunc tenet renunciatio alias non tenet, & poterit ſemper habere regreſſum, ſcilicet A. ad beneficium ſuum.

¶ Nota ꝙ pœna conſtitutionis execrabilis eſt, quando aliquis habens beneficium curatum aliud conſequitur curatum quauis auctoritate tenetur primum in manibus ordinarii libere, & realiter infra menſem reſignare, alias elapſo menſe priuatus eſt vtroq;, & ambo ipſa beneficia ſtatim ad papam deuoluta ſunt ita, quod nullus expectantium de illis poteſt ſe intromittere.

¶ Nota ꝙ licet generaliter Epiſcopus, vel ſuperior generaliter cauſas poſſit delegare, & eas aliis committere, tamen vbi agitur contra aliquem ſciſmate, vel hæreſi cum tales cauſæ cenſeantur maiores non poſſint alteri delegare.

FINIS.

MODVS ACCEPTANDI, ET PROuidendi,ac recipiendi poſſeſſiones, vigore gratiarum expectatiuarum.

ACCEPTATIO PRAEBEN. eccleſiæ cathedralis per canonicum creatum in eadem.

IN Nomine Domini, Amen. Anno a natiuitate eiuſdem. M. D. XLVI. Indict. IIII. die vero.N. Menſis.N.Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto patris,& D.N.D. Pauli, diuina prouidẽtia,Papæ Tertii, anno Duodecimo. In mei notarii publici, teſtiumq; infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus venerabilis vir.D.N preſbyter,canonicus eccleſiæ.N. licentiatus in decretis dixit ad ſui notitiam nouiter perueniſſe, ꝙ præben. quam quondam.N. ipſius eccleſię canonicus præbendatus in ipſa eccleſia dum viueret,obtinebat,per eiuſdem.N.obitum,qui extra Ro Cu.diem clauſit extremum, vacabat, & ad præſens vacat Idcirco dictam præben.ſic,vt præmittitur, vacan. credens eam ſibi de iure deberi vigore certæ gratiæ per pręfatum D.N. Papam ſibi gratioſe conceſſæ & literarum,proceſſuumq; deſuper habitorũ in dei nomine acceptauit,& de præſenti acceptat, cum proteſtationẽ.in talibus fieri ſolitis & conſuetis, & præſertim ſi & inquantum præben. huiuſmodi ſibi de iure deberetur,alioquin dicta ſua gratia ſalua maneat,& illæſa, & acceptatio huiuſmodi nullum ſibi pareat pręiudicium,etiam quædã alia beneficia per eum obtenta,& obtinenda, eademq; præben.huiuſmodi vacan.modo, & forma, prout in literis con

ITem notandum eſt ꝙ in cauſis nullitatum, ſcilicet quando committitur & petitur annullari aliquis proceſſus vel aliqua ſententia, vel aliquis alius extraiudicialis actus, tunc ſi eſt actus iudicialis, & nullitas conſtet ex eiſdem actis, & tunc commiſſa cauſa, & citata parte ad dicendum contra commiſſionem, non requiritur plena obſeruatio terminorum ſecundum naturā ipſius cauſe, vel ſi cauſa eſt beneficialis, vel ſummaria, vel alia de quibus ſupra proceditur vt dictum eſt. Et notandum inſuper eſt, quod iudex vel auditor cui commiſſa eſt cauſa appellationis a diffinitiua poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ, licet hoc non exprimatur in commiſſione ipſi iudici vel auditori facta. *Secus* eſt in iudicio appellationis a grauamine, vel interlocutoria. Cautū tamē eſt ꝙ ſemper exprimatur in commiſſione.

¶De Cauſis reſtitutionis.

ITem in cauſa reſtitutionis quæ de iure peti deberet infra quadriennium vt petitur reſtitutio in integrum aduerſus actum aliquem, & hoc principaliter vel incidentaliter vt petitur reſtitutio ad appellādum, vel etiam incidentaliter, vel integrum aduerſus ſententiam, & mittere iudicium reſcindens, & non reſiſtorium, & tunc citetur pars ad dicendum contra commiſſionem, dentur articuli ſi petatur ſe-

cundum viam iuris communis deducetur, caſum eſſe quo reſtitutio conceditur, & per viam commiſſionis de gratia petire & conceſſe tūc deducantur articuli verificationis pro verificatione cōmiſſionis, & pars citetur ad dicendum contra articulos ad primam diem, accuſata contumacia in illo termino petantur articuli, & producantur iura vel teſtes ſecundum materiam ſubiectam, Et eſt ſciendum circa hoc ꝙ petens reſtitutionem ſemper anteꝗ̄ reſtituatur debet docere de aliquo ſuo iure vel intereſſe, vel ſaltem ſummarie de leſione. Item deinde de factis probationibus ſuper articulis petatur reſtitutio in integrum cum negotio principali, quod fieri poteſt de iure, & vtile eſt fieri. Seruandi tamen ſunt termini ad longum ſecundum natura cauſe.

¶In cauſis deſertionis.

IN cauſis deſertionis, ſcilicet quando aliqua appellatio a diffinitiua ſententia, vel interlocutoria dicitur deſerta, & tunc ſi deſerta eſt in manibus domini auditoris cui commiſſa eſt, & ſic de aliis, tunc requiritur noua commiſſio ſuper deſertione, alias nō requiritur noua prouiſio. Qua facta & præſentata citetur pars ad dicendum cōtra ad .ii. diem, & lapſo illo termino citetur pars ad faciendum fidem de diligentiis proſecutionis appellationis primo ad primam diem. Et deinde ſi non docuerit de diligentia prædicta, citetur ad idem .iii. & .iiii. Et tunc iudex habet optionem an velit confirmare, vel pronunciare tantum ſuper deſertione.

¶In cauſis attemptatorum taxatio expenſarum.

ITem nota ꝙ expēſe nunꝗ̄ petuntur taxari niſi quādo ſunt tres ſententiæ late, vel quando prima trā-

ſiuit in rem iudicatam,& tunc iudex qui tulit ſenten tiam,vel ſubrogatus eius debet taxare expeñ. & par te vocata ſtatim , vel ad .i.diem Et non taxentur ex peñ in Rom Cu. niſi pro commiſſionibus ſimplici bus non conſiſtorialibus,pro'curſore,ꝓ pcuratoribus, pro aduocatis,& ſic de aliis.Et iſte expeñ.peti debẽt & taxari per cedulas ſecundum ordinem Ro. Ponti ficum.Et quando vna, vel duæ ſententiæ late ſunt in partibus , vel ꝙ pars vult , ꝙ vnus auditor taxet oẽs expeñ .hoc obtineat per commiſſionem.

¶ In cauſis beneficialibus.

ITem ſciendũ eſt,ꝙ in cauſis beneficialibus,& ſum mariis , non ſunt niſi quatuor termini ſubſtantia les,ſcilicet Ad articulandum, Ad dicendum contra articulos,ad procedendum omnia, & ad dicendum contra producta. Aliorum terminorum omiſſio nõ reddit proceſſum nullum. In prophanis tamen nulli alii termini ſunt ſubſtantiales vltra prædictos quatu or,ſcilicet Ad libellandum, ad reſpondendum libel lo,ad litem conſtañ. & etiam ad concludendum.

¶ De Grauamine.

ITem nota,ꝙ quando in Rom.Cu.alicui Auditori commiſſum eſt aliquando grauamine, puta quia appellatum eſt de partibus, vel Auditori camere ad Cu. & commiſſa eſt cauſa appellationis grauaminis vna cum negotio principali, quia tunc de more Cu. licet ſi contra ius,ꝙ iudex appellationis in Cu.etiam ſi pronunciat male appellatum,nõ tamen reuertitur cauſa ad priorem iudicem,ſed retineat eam decernẽ dam. Vel quando cauſa grauaminis, & negotii prin cipalis eſt aduocata ab vno commiſſe alteri. Vel quã do appellatum eſt a grauamine, & interlocutoria,&

diffinitiua, alias vni commiſſæ ſunt.

¶ In cauſis attentatorum.

IN cauſis attentatorum, quæ ſunt poſt appellationem, vel lite pendente ſuper quæritur noua commiſſio ſi occurrerint talia attentata poſt commiſſionem primam, quia pluraliter commiſſiones, & ſcripta non extendunt ſe ad actiones accuſatas, ſeu creatas, lapſo termino ad dicendum contra commiſſionem, qui eſt ad idē dantur ſemper minor ad dicēdū contra commiſſionem, qui eſt ad idem, dantur ſemper articuli attentatorum, & citetur pars ad dicendum contra articulos, & faciat probationes per teſtes, vel inſtrumenta. Deinde illis factis nō requiritur obſeruatio terminorum niſi petitio detur.

¶ In cauſis reductionis.

IN cauſis vbi petitur reductio contra aliquod laudum per arbitros ad arbitrium boni viri, ſi eſt cauſa beneficialis, vel ſummaria ſeruandi ſunt termini vt ſupra dictum eſt, & nihilominus vltra hoc dādus eſt libellus concludens iniquitatem, & reductionem ſecundum diſpoſitionem iuris. Si vero cauſa, vel negotium in qua petitur reductio non eſt beneficialis, vel ſummaria tunc terminus ſunt ſeruandi ſicut in cauſa ordinaria, vel prophana ſeruantur, & lis eſt conteſtanda.

¶ De remiſſione ad partes.

IN cauſa vbi petitur remiſſio, decerni ad partes expediatur commiſſio ſub plumbo. Et quando decreta eſt remiſſio citetur ad primam diem ad concordandum de loco, & Iudice. In quo termino fiat concordia de vno, vel pluribus Iudicibus. Deinde

veniat ſeu compareat tunc coram iudice cum iuribus,& articulis ſuis, & cum intereſit petat partem citari ad primam ad dicendum contra,& tunc in illo termino petat ſe admitti in ſtatum in quo eſt in cauſa beneficiali. Si vero non ſit comprehenſus in prima citatione,& commiſſione tunc obtineat commiſſionem in qua petat ſe admitti pro ſuo intereſſe,& producat iura ſua, ſeu ſuos articulos, & obtineat citari partem ad dicendum contra,& petat ſe admitti, vt ſupra. quid autẽ operatur generalis clauſula quæ ponitur in commiſſione, ſcilicet, & alios ſua intereſſe putantes. Dico ꝙ ſua intereſſe putans non tenetur venire licet poſſit venire ad cauſam, niſi citatus ſit in ſpecie ac nominatus ſecundum formam, de elec. & tunc præiudicat ſibi ſententia. Et circa hoc nota, ꝙ ſi vna ſententia,vel duæ contra poſſeſſorem late ſint, & alius venit pro ſuo intereſſe,non propterea impeditur cauſa ſi ſit expedibilis inter priores partes quin expediatur,& etiam ſiat executio niſi poſſeſſio fuiſſet vacans, vel ille qui venit pro ſuo intereſſe docet, & ſe poſsidere, vel in commiſſione per quam venit pro ſuo intereſſe ſit clauſula,ꝙ cauſa inter omnes partes ſimul,& ſemel ac ſi vnico contextu,eademq; ſentẽtia terminetur, & tunc etiam requiritur ſignatura, ꝙ admittat & procedat vt petitur. Et ſimiliter ſis cautus in dictando & recipiendo commiſſionem. In tali forma tenet modo practica rote, ꝙ vtroq; caſu detur iuriſdictio. Tamen creditur eſſe contra ff. & Clemeñ ſi de beneficio,de præbeñ. Et ad tollendum dubium pone clauſulam illam in principio.

¶In cauſis criminalibus.

IN cauſis criminalibus per duplicẽ viam, ſcilicet per viam accuſationis,inquiſitionis,denunciatio

nis,& exceptionis. Super viam accuſationis ſi talis eſt cauſa, ꝙ veniat aliqua corporalis pena imponenda, illa non poteſt tractari per procuratorem, ſed eſt tractanda perſonaliter, niſi illa principalis perſona ſit in carcere detenta. Si vero aliqua alia pena fuerit imponenda, tunc tractari poteſt per procuratorem, & dandus eſt libellus, ſi in eo expreſſa ſint crimina, exprimendus eſt locus, & locus loci, annus, menſi. ſed non requiritur dies. In quo libello ponenda eſt inſcriptio accuſatoris libellantis ad pœnam talionis, ſi actor poteſt illam pati, alias ad pęnam extraordinariam ad arbitrium boni viri. Et ante inſcriptionem non dicitur reus conuentus reſpondere libello, & in talibus cauſis per accuſatorem ſeruandi ſunt termini vt in prophanis ſecundum ordinem prout ſupra dictum eſt, quia tunc talis cauſa non dicitur beneficialis. Si per viam inquiſitionis, & hoc fit dupliciter. Aliquando ad inſtantiam partis, & tunc procedendum eſt ſicut in accuſatorio. Aliquando ex officio, & tunc Iudex habet deputare aliquem inſtigatorem vel procuratorem officii, & tunc primo eſt inquirendum de infamia. Quæ ſi probatur, procedendum eſt vlterius ad cognitionem veritatis. Et in iſtis cauſa inquiſitionis ex officio proceditur ſummariæ, non ſeruando terminos cauſarum prophanarum. Si per viam denunciationis, quia de illis non eſt ad propoſitum, tunc illa eſt præparatoria ad inquiſitionem, quæ fieri poteſt dupliciter. Si per viam exceptionis quæ fit cum igitur de confirmanda electiōe, vel inducendo prouiſum in poſſeſſionem, tunc per modum exceptionis danda ſunt crimina, & tunc requiritur ſpecificatio vt ſupra dictum eſt. Et ideo ſit cautus procurator excipiens vel articulans in tali materia, vel articulet crimina, & ꝙ illis addat, ꝙ illa

erant notoria, petens poſſeſſionem beneficii, de illis erit notorie infamatus.

ℭ Super notorio.

ITem notandum ꝙ in cauſis in quibus ſuper notorio proceditur poſt citationem ad dicendum contra commiſſionem dandi ſunt articuli ſuper notorio & pars citabitur ad dicendum contra articulos, & deinde ferenda eſt ſententia, nec aliqua obſeruatio terminorum requiritur.

ℭ De prima inſtantia vt ſi in partibus, vel per Auditorem cameræ lata eſt ſententia.

ITem notandum eſt, ꝙ vbi in prima vel in ſecunda inſtantia in partibus, vel per Auditorem cameræ lata eſt ſententia, tunc in cauſa appellationis quæ committitur in Rotam, vel extra alicui apoſtolico commiſſario, ſeruandi ſunt termini ſicut in prima inſtantia. Item quando grauamen, vel interlocutoria, vel per viam appellationis cauſa commiſſa eſt alicui auditori, tunc ille auditor poteſt inhibere auditori Cam. vel etiam alteri Commiſſario in Cu. vel extra, ſed non coauditori ſuo, vel alicui dominorũ Car. quia illis non inhibetur, niſi ſeruatis terminis in appellatione a grauamine, vel interlocutoria ſeruari ſolitis, de quibus ſupra. Et tunc in termino ad impugnandum & iuſtificandum citari poteſt pars illa in termino ſeruato ad videndum inhiberi ad ſtatim, & tunc parte vacata debet decerni inhibitio.

ℭ De materiis obiectiuis.

ITem nota ꝙ materiæ obiectiuæ quando dantur principaliter, & per viã poſitionũ & articulorũ, & ſemper dãdæ ſunt in termino ſubſtantiali ad dicẽdũ

contra producta ad tardius, licet ante dari non poſſint per modum exceptionum contra iura alterius partis ſemper dari poſſint in termino ad hoc ſtatu. Et tales materiæ obiectiuæ quales ſint impugnant ius proprium, & ſunt ſpecificande in tempore, & loco, & in aliis circunſtantiis, ſicut ſupra in libello accuſationum.

Appellatio a diffinitiua.

Item nota ꝙ quando appellatur a diffinitiua, nõ oportet exprimere aliq̃ cauſam in appellatione. Idem quando appellatur a ſententia habente vim diffinitiue, vt eſt ſententia ſuper attentatis, ſuper deſertione, ſuper nullitate, & plures quæ non expectant diffinitiuam poſt ſe.

Circa probationem dilatoriam.

Item circa probationem dilatoriam, & alias, quæ dantur in cauſa eſt ſciendum, ꝙ ſi aliquis conueniretur in Rom. Cu. ita ꝙ ipſe præſens eſt quando committitur cauſa, tunc niſi cauſa prius deuoluta ſit ad Curiam per appellationem, aut ipſe eſt Legatus, aut nuncius alicuius domini. tunc habet ius reuocandi domum, niſi conueniretur ſuper tractatu facto illo tempore quo nuncius fuit, alias datur ſibi tempus, ſiue induciæ ad habendum iura, & defenſiones de partibus, interim ſuperſedetur in cauſa, & illud tempus datur magnum vel paruum ſecundum diſtantiã loci ad Rom. Cu. ad locũ domicilii illius qui conuenitur. Et nota ꝙ illa dilatio ad habendum iura, non ſolum datur ad habendum iura ipſius rei, ſed etiam ipſi actori datur ad habendum informationẽ & defenſionem cõtra iura partis ſibi aduerſe. Et ideo ſæpius viget practica, ꝙ non obſtante, ꝙ actor dice-

bat ſe velle confiteri gratiam, proceſſum, acceptationem, prouiſionem, & alia iura rei. Nihilominus reo dantur induciæ, ſi ipſe allegabat ſe velle habere informationem, & defenſionem contra iura partis aduerſæ. Et in hoc ſit cautus procurator vt ſic petat.
Item nota circa dilatorias probationes, ꝙ omnes probationes iudiciales ſunt arbitrande per Auditorem vel Iudicem, præterq̃ quando excipitur de excommunicatione cum ibi iura dãt terminum. viii. dierum, &c. Aliquando datur. x. aliquando plures vel pauciores ſecundum ꝙ placet Iudici.

¶ De occaſione hæreditatis.

ITem eſt notandum ꝙ ſi velis aliquem conuenire occaſione hæreditatis, anteq̃ porrigas libellum vnam paruam facias petitionem, ſeu interrogationẽ in qua contineatur, ꝙ Iudex interroget, an ſi hæres defuncti cuius nomine conuenitur, & an ſi ſolus. vel pro parte. Item quando aliquis conuenitur rei venditione, vel quacunq; actione reali, ſemper ſi pars ea eſt præſens in Cu. facias eum interrogari an poſſideat, & teneatur reſpondere, & iſtud multum reuelabit te. Si quis enim conuenitur poſſeſſor alicuius rei licet ipſe patiatur iudicium, ex hoc non poſſet condemnari vt poſſeſſor, nec ad dimittendum poſſeſſionem, nec in fructibus, niſi probetur poſſeſſor. Et iſtud nota, quia ſepiſſime venit in practica. Et multi in hoc errare ſolent. Et hoc idem tenet Speculator in titulo de interro, quæ fiunt ante litem conteſtatam.

¶ Super ſpolio.

ITem nota ꝙ ſiquis ſuper ſpolio beneficii, ſiue poſſeſſorio recuperando agit, aut in cauſa prophana, tunc non eſt neceſſe, ꝙ producat aliquem titulum,

ſed ſufficit, ꝙ probet ſe poſſediſſe, & alium nũc poſſidere. In cauſa vero beneficiali vel matrimoniali vel alia, in qua non poteſt haberi poſſeſsio, oportet, ꝙ agens producat titulum ſuum, & verificet illum, ſecus ſi beneficiatus nõ dicat ſe ſpoliatum beneficio, ſed fructibus beneficii in toto vel in parte, vt aliquo iure ſui beneficii, non requiritur ꝙ producat titulũ ſed ſufficit, ꝙ probet ſe poſſidere beneficium cuius nomine agit. Nota etiam circa hoc ꝙ in cauſa ſpolii, vbi ius commune facit pro reo, & contra actorem, licet etiam non ſit cauſa beneficialis, vel matrimonialis oportet ꝙ agens producat titulum ſuum, vel titulum tanti temporis, ꝙ hominum memoria in cõtrarium non exiſtat, & probet. Et iſte caſus eſt in cap. Ad decimas, de reſti. ſpolia. lib. vi.

¶ Super titulo beneficii.

ITem nota ꝙ licet quando agitur ſuper titulo beneficii, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio proceditur ſummarie ſine litis conteſtatione, vt ſupra viſum eſt. Secus quando agitur de proprietate beneficii puta, ſi vna eccleſia dicat ſibi aliam eccleſiã vnitam. Item ſi agitur ſuper aliqua re, vel iure particulari ſpectante ad beneficium. Et circa hoc vidi dubitare, ꝙ ſi vnus dicit ſe habere titulum in beneficio, & alius beneficium, ꝙ incorporatur an procedatur ſummarie vt in cauſa beneficiali, vel plenarie, vt in prophana. Et ſi actor agit vt de beneficii proprietate, actio ſua erit plenaria, & ſeruabuntur term. vt in prophana, & re conuentio rei poterit eſſe ſummaria, & deducit principalis eius ſuum.

¶ Cui cõmiſſum eſt aliquod gñrale procuratorium.

Item ſit attentus procurator habens reducere aliquã cauſam in Cu. cui cõmiſſum eſt procuratoriũ

generale, ꝙ illud non producat ipſe perſonaliter, ſed perſuaſum eſt vt tradat ipſum alicui amico, qui illo præſente tradet illud notario, & tūc ipſe procurator præſens dicat: Ego intelligo me conſtitutum eſſe generaliter per. N. ad multas cauſas & negotia, ego intendo ſolus onus acceptare in iſta cauſa pendeñ. & non aliis, &c. Ac ſubito peruoluerit ſubſtituere proteſtando, ꝙ nihil fiat niſi me vel eis vocatis Et iſta doctrina ideo datur, quia ſi procurator per ſe produceret procuratorium videretur, idem procurator acceptaſſe onus quo ad illa quæ in illo procuratorio continerentur, nec poſſet exornare ſe, & caſus eſt in Cle. de procura.

¶ Diffamatio procuratorum.

ITem notādum ꝙ nihil eſt quod magis diffamat procuratores, ꝙ quando ipſi dimittunt deſerti appellationes per negligentiam, & hoc contingit duplici via, ſcilicet appellatione a diffinitiua. Primo quia communiter Auditores, & Iudices dant termi nos x. dierum ad proſequendum, & tunc infra illos x. dies appellans debet facere committi cauſam alicui Iudici vel Auditori, & facere præſentari cōmiſſionem, ꝙ ſi hoc non poterit, vel tunc expedit, ꝙ vadat ad Cancellariam coram notario, & habeat commiſsionem duplicatam, & vnam tradat ad manus Vicecancellarii, vel Regenti Cancellariam aliam tradat notario, & in abſentia Vicecancellarii, vel Regentis ponat eam in capſam, vbi tales commiſſiones ponuntur: Aliam vero commiſſionem det notario prædicto, & faciat fieri inſtrumētum de diligentia prædicta infra. x. dies. Quod ſi iſte procurator appellantis non fecerit, deſeritur appellatio.

¶ Sublata deſertione.

ITem cōmiſſa cauſa & ſublata deſertione infra x.

dies,vel facta proteſtatione vt ſupra,tunc illud eſt cō-mune, quod in appellationibus a grauamine, vel ab Iterlocutoria vbi nullus terminus præfigitur ſaltem in Rom. Cu. tunc omnes termini debent ſeruari in fra annum,a die appellationis interpoſitæ,& dari pe titio per procuratorem appellantis, vt in deciſione Rote C. in antiquis,& hoc ſufficit,niſi proteſtetur in-fra annum de diligentia ſua,videlicet, ꝙ petat cau-ſam expediri in inſtanti.i.ii.&.iii.inſtanter inſtan-tius inſtantiſſime, & hanc proteſtationem ſubſcribat per ſe in domo ſua,& producat in iudicio, quia no tarii ſæpe negligentes ſunt in ſcribendo,&c.in ii fa-tali,& in.iii.& in aliis,&c. Et niſi termini ſint ſeruati data petitione, & facta proteſtatione huiuſmodi appellatio eſt deſerta Et ſimiliter niſi fiat proteſtatio in ſecunda inſtantia, non obſtante diligentia prædi-cti primi fatalis,etiam appellatio deſeritur ,illa eſt maior verecundia quam procurator poſſit habere,ſi faciat deſeri appellationem. Si vero procurator in-diget remiſſione ad partes in ſecunda inſtantia,tunc ſeruet terminos, & ſuper articulis & exceptionibus datis,vel etiam nouis tunc datis ſi expedit petat ſibi decerni remiſsionem citius ꝙ̃ poteſt, & det illam pe titionem in ſcriptis ,quia notarii ſæpe indebite ſcri-bunt. Quod ſi ſecus factum fuerit, proteſtetur procu rator prædictus, ꝙ huiuſmodi defectus non ſtat per eum,ſed per iudicem,vel partem aduerſam.

¶In publicatione dictorum teſtium.

ITem in publicatione dictorum teſtium hanc tene at procurator cautelam,ꝙ quando teſtes producū tur per partem aduerſam,nihil proteſtetur cōtra eos, ſed taceat quouſque per iudicem de conſenſu par-tium publicati fuerint. Et ſi timet vt iudex recipere

193

voluerit partem contra quam producuntur ad di-
cendum contra eorum dictam, & ipſe iudex conclu-
dat, & ſententiam ferat, habeat ſecum appellationem
paratam, a non publicatione, & præfixione termi-
ni huiuſmodi.

¶ Modus deuoluendi cauſam per appel-
lationem in partibus interpoſi
tam ad Curiã Romanã.

Item ſciendum eſt, ꝙ ſi appellatio interponitur in
partibus in præſentia partis, id eſt partis appellatę,
vel ipſius legitimi procuratoris, tũc cauſa eorum eſt
deuoluta, dummodo ſuper hoc appareat publicum
inſtrumentum confectum, & conſtet de mãdato pro
curationis. Sed ſi appellans præſentiam appellati ha-
bere non poterit circa appellationem interpoſitam,
ac vt cauſa bene deuoluatur, ſeruabit appellans hunc
modum, videlicet, ꝙ faciat ſuam appellationem in
ſcriptis in bona formã, qua facta accedat ad notariũ
publicum in præſentia teſtium, & legat appellatio-
nem huiuſmodi de verbo ad verbum, & lecta huiuſ-
modi appellatione petat inſtanter inſtantius, & inſtã
tiſſime apoſtolos ſibi dari, ſi eſt aliquis qui velit da
re, proteſtando ꝙ ſi partis appellatę præſentiam com
mode habere poſſet, idem inſinuaret, & intimaret ap
pellationem, & ſuper hoc petat publicum inſtrumẽ-
tum Et hoc facto appellans tenetur intimare, & inſi-
nuare huiuſmodi appellationem parti appellatę, ſeu
eius procuratori, ſi ipſorum, aut alterius eorum præ
ſentiam commode habere poſſit, infra menſem poſt
interpoſitionem prædictę appellationis, vel poſt mẽ
ſem quanto citius fieri poteſt. Et inſinuatione huiuſ-
modi hunc ſeruabit modum, ſcilicet ꝙ appellans aſ-
ſumat ſibi notarium publicum, & teſtes, & accedat

ad partem appellatam, vel ipſius procuratorem, allo quin proteſtando de ipſorum abſentia huiuſmodi appellatione per ipſum ante interpoſita, vt præmittitur per notarium publicum legi & publicari faciet, & appellato ſeu procuratori eius copiam appellationis tradat, requirendo notarium vt ſuper præmiſſis ſibi publicum conficiat inſtrumentũ, alioquin ſi ipſius partis rei procuratoris prædicti præſentiã habere non poteſt, tunc ſi cauſa ipſa fuerit beneficialis, expedit, ꝙ in loco beneficii de quo agitur, vel in loco vbi pars appellata fuerit beneficiata infra miſſarum ſolemnia, vel quando cantantur hore diei in loco beneficii, vel partis appellate in præſentia beneficiatorum, in ipſa per te partem appellantem, vel tuum procuratorem, vel notarium publicum legas publice, & pars apoſtolos petat Nihilominus ſi partis appellate præſentiam haberet, ipſi eandem appellationem inſinuaret. Et ſic ſimiliter facit in domo partis appellate, commode, & tute ad eius domum accedere poterit, ſin autem in eccleſia cathedrali, in loco beneficii, & etiã in eccleſia parrochiali ſub qua ipſe degit & moratur. Et bonum eſt affigere copias earundem ad valuas eccleſiarum, & etiam in domo habitationis appellati, & alias adhibere talem diligentiam circa inſinuatione huiuſmodi appellationis, qualis eſt adhibenda in executione citationis legitime in partibus fiendæ. Et ſi pars appellans noluerit proſequi appellationem ſuam, & pars appellata vellet eam proſequi, expedit ꝙ pars appellata inſtet pro copia appellationis habenda ſub manu publica notarii, ſcilicet illius qui inſtrumentũ cõfecit. Et ſi ille notarius negauerit ſibi tradere illius copiã, accedat pars appellata ad Officialem, vel ad alium deputatum, ſuper hoc poteſtatem habentem, & ille

194

compe'lat notarium ad tradendum ſibi copiam, ſalario, tamen ſibi producendo, & citari faciat partem ad hoc videndum ſibi decerni copiam appellat.

¶ Item nota ꝙ ad declarandum Collatores ordinarios in partibus incidiſſe in penas ſententias cenſuras &c. ſic proceditur. Primo enim producuntur coram Executore deputato in bullis Secundo petitur decerni citatio contra ordinarios, & eorum procuratores ſi qui ſint in Rom. Cu. & omnes alios ſua intereſſe putantes, ad dicendum contra literas apoſtolicas, & processum inde ſecutum, ac requiſitionem. Tertio petitur decerni in contumatiam ipſorum nihil dicentium, quo minus, &c. vel dicendum cauſam, &c Et illa citatio ſit tribus vicibus, & vltra. Quarto ad audiendum ſe ſententias cenſuras, & penas eccleſiaſticas in proceſſu contentas incidiſſe declarari, vel dicendum cauſam quare, &c. ſemper proceditur per audientiam contradictarum.

FINIS.

¶ Termini Cauſarum in Ro. Cu. ſeruari ſoliti in cauſa beneficiali.

¶ In prima inſtantia.

L I Primo ad dicendum contra commiſſionem ad primam diem.
¶ Item ad libellandum libellariq; videndū ad .i.
¶ Item ad iurandum iurariq; videndum de calumnia, & veritate dicenda ad primā diē.
¶ Item ad articulandū articulariq; videndū ad xii.
¶ Item ad dicendum diciq; videndum contra articulos ad .ii. diem.
¶ Item ad producendum omnia produciq; videndū. ad .ii. diem.
¶ Item ad dicendum contra producta diciq; videndum ad ſecundum diem.
¶ Item ad declarandum declariq; videndū ad .i. di.
¶ Item ad dicendum contra declarationes ad .i. diē.
¶ Item ad concludendum concludiq; videndum Et poſtq̄ cōcluſum fuerit ad videndum, & audiendū, diffinitiuam in ſcriptis ſententiam ferri, & promulgari ad primum diem, vel ad ſtatim.

¶ In ſecunda inſtantia.

¶ Omnes termini præſcripti ſeruantur ad .i. diem, præterq̄ terminus ad articulandum, q ſeruatur ad viii. diem.

¶ In tertia inſtantia.

¶ Omnes termini præſcripti ſeruātur ad .i. diem, præterq̄ terminus ad articulandū, qui ſeruatur ad .vi. di.

¶ In cauſis prophanis.

¶ In prima inſtantia.

¶ In prima inſtantia terminus ad libellandum ſeruatur ad. viii. Et illum ſequitur terminus ad reſpon

dendum libello, qui tenetur quater, videlicet, Primo pro prima dilatione. Secundo pro ſecunda. Tertia pro.iii. Et quarto ex ſuperhabundantia ad omnem malitiam eius conuincendam, & pro quarta dilatione, etiam ſub pœna excommunicationis. Et ſemper ſeruatur ad primam diem. Cæteri vero termini ſeruantur ad.viii. præterq̃ terminus ad articulandum, qui ſeruatur ad.xv. diem.

¶ In ſecunda inſtantia.

¶ Ad libellandum ad.ii. diem. Ad reſpondendum libello ad.i. diem, Ad articulandum ad.x. diem. Et cæteri termini ſeruantur ad.ii. diem.

¶ In tertia inſtantia.

¶ Omnes termini ſeruantur ad i. diem, præterq̃ terminus ad articulandũ, qui ſeruatur ad octauam diẽ.

¶ Et nota ꝙ termini prædicti in cauſis obmiſſi reddunt proceſſum nullum quia ſunt ſubſtantiales, & ideo de ſubſtantia a rei neceſſitate proceſſus obſeruari debent. Cæterum vero terminorum obmiſſio non inualidat proceſſum eo, ꝙ ſunt accidentales, & non de neceſſitate requiſiti.

¶ Super deſertione appellationis.

¶ Primus terminus ad dicendum contra commiſſionem ad.i. diem.

¶ Secundus terminus ad docendum de diligentia proſecutionis, appellationis pro parte ſua interpoſitæ ſi quam fecerit primo, & pro prima dilatiõe ad.iiii.

¶ Tertius ad dicendum iterum ſecundo vt ſupra, & pro ſecunda dilatione ad.i. diem.

¶ Quartus ad idem docendum tertio ad.iiii. diẽ.

¶ Quintus ad docendum, &c. quarto, & ex ſuperhabundanti, & pro iiii dilatione conuincẽdam omnẽ eius malitiam ſimiliter ad primam diem.

¶ Sextus ad audien̄. ordinationem.d. Audit. ſuper

Digitized by Google

deſertione indictæ appellationis pro parte ſua interpoſitæ in præſenti cauſa ad I. diem.

¶ Super grauamine.

¶ Quando appellatur ſuper certo grauamine ſeruetur ſic termini.

¶ Primus terminus ad dicendum contra commiſſionem ad primam diem.

¶ Secundus terminus ad dicendum contra appellationem ad I. diem.

¶ Tertius terminus ad impugnandum, & iuſtificandum ad primam diem.

¶ Quartus ad audiendum voluntatem d. Auditis ad. I. diem.

¶ Quintus ad videndum inhiberi Iudici, a quo eſt appellatum ad I. diem.

¶ Super atrentatis.

¶ Primo ad dicendum contra commiſſionem, vt ſupra ad I diem.

¶ Secundo ad dandum, & recipiendum libellum, darique, & recipi videndum ſuper attentatis in præſenti cauſa ad. I. diem.

¶ Tertio ad dicendum, & opponendum verbo vel in ſcriptis quicquid dicere, vel opponere voluerit contra dictum libellum ad primam diem.

¶ Quarto ad reſpondendum ſingulariter ſingulis poſitionibus, & articulis medio iuramento in præſenti cauſa datis.

¶ Quinto ad videndum nonnullos teſtes pro parte talis in præſenti cauſe produci recipi, & ad iurandum admitti.

¶ Super deuolutione.

¶ Ad dicẽdũ cõtra cõmiſſionẽ. Ad procedendũ & procedi videndum in cauſa hmõi prout fuerit de iure.

¶ Primo & pro prima dilatione ad. I. diem.

196

¶Secundo & pro ſecunda ad primam diem.

Tertio & pro tertia ad primam diem.

Quarto & ex ſuperhabundanti ad omnem mali tiam conuincendam,& pro quarta dilatione.

Ad dicendum contra iura & munimenta pro par te talis in præſenti cauſa producta, & ad cauſam de uolutionis huiuſmodi faciendam.

Ad libellandum ſeu libellum,vel petitionem ſum mariam dandum dariq; videndum, &c.ſuper deuo lutione huiuſmodi cauſæ.

Ad audiendum voluntatem domini Auditoris ſuper deuolutione antedicta.

Et nota φ ſi vero conſtat cauſam bene,& legitime eſſe deuolutam, tunc non ſeruantur prædicti termi- ni,ſed poſt terminum ad dicendum contra commiſ- ſionem ſeruatur terminus ad libellandum.

¶Super excommunicatione.

¶Ad videndum & audiendum ſententiam excom- municationis, & proceſſus excommunicatorios per dñm Audit.alias in eum promulgatos aggrauari,& continuari,vel dicendum cauſam ſi q̃ iuſtam, vel ra- tionabilẽ habeat,quare hoc fieri non debeat.

Primo & pro prima dilatione ad.i.diem.

Secundo & pro ſecunda dilatione ad i.diẽ.

Tertio & pro tertia dilatione ad.i.diem.

Quarto & ſuperhabundanti,&c.vt prius.

¶Super remiſſione ad partes.

¶Ad dicendum contra commiſſionem vt ſupra ad.i.diem.

Ad audiendum dictum ſeu ordinationem dñi Auditoris ſuper remiſſionem articulorum.

Ad concordandũ de loco,de tpe,& de iudice ſeu iudicibus,qbus remiſſio prædicta debeat deſtinari.

Ad dandũ interrogatoria ſi quæ dare voluerint,

iuxta quæ teſtes in partibus producendi examinari debeant,& interrogari.

¶ Ad includendum & videndum includi huiuſmodi poſitiones & articulos, & interrogatoria ſi quæ data fuerint in rotulo,& ſub bulla.

¶ Ad concordandum, & concordari videndum de portatore,qui dictam remiſſionem iudicibus de quibus conuentum fuerit fideliter porter ſub rotulo.

¶ Alii termini in cauſis Palatii ſeruandi, qui ſunt accidentales & extraordinarii.

AD portandum mandatum, ſi ꝙ habet, pro dicto principali ad huiuſmodi cauſam faciens, vel producēdum certa iura, &c. apud eum examinātia iſtam cauſam tangentia.

¶ Ad recognoſcendum medio iuramento ſigna ſigila &manus Notariorum iurium in cauſa huiuſmodi prædictorum.

¶ Ad recognoſcendum medio iuramento quodam ſignetum ſumpto de regiſtro literarum apoſtolicarū appoſitum in cauſa præſenti productum, & ipſum ſumptum aperiri vidēdū, & ſignetū pro recognito.

¶ Ad videndum, & audiendum. N. a ſententia excommunicationis per talem officialem in partibus in eum lata ad cautelam abſolui.

¶ Ad reſumendum ſeu reſumi videndum cauſam, & cauſas huiuſmodi in eo ſtatu,in quo vltimo corā Auditore remanſerant.

¶ Ad concordandum concordariꝙ,videñ. de interpræte ad quoddam inſtrumētum, ſiue proceſſum in Alamanico ſcriptum interprætandū nuper pro parte tali in præſenti productum.

¶ Ad videndum iurare interpræte m.

¶ Ad videndum ſe excōmunicari,quia non reſpōdit ſingulariter

ſingulariter ſingulis poſitionibus & articulis, &c. Ad idem ii &c. Ad idem.iii.&c. Ad idem iiii.&c.

¶ Stilus & modus terminorum prædicto rum obſeruandi, & practicandi. Et pri mo in prima Inſtantia.

PRimus terminus ad dicendum contra commiſſionem ſeruatur poſt præſentationem commiſſionis dño Auditori fact. videlicet, citetur pars contra quã imperrata eſt talis cõmiſſio per Curſorem ſi præſens eſt in Rom.Cu. Si autem abſens per audientiam contradictarum ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel in ſcriptis dicere, ſiue excipere voluerit contra commiſſionem eidem dño Auditori factam, ſiue præſentatam ad primam diem iuridicam proxime futuram, a die citationis huiuſmodi computando, ipſa die computata. Quo termino aduenienſte, ſi pars citata compareat per ſe vel procuratorem, poteſt generaliter excipere contra commiſſionem huiuſmodi. Si vero non compareat, accuſetur contumatia ipſius non comparentis, & nihil dicentis contra commiſſionem Et vlterius in eius contumatiam petatur. Iterum citari ad alium terminum immediate ſequentem, videlicet, ad libellandum.

¶ Secundus terminus, qui eſt ad libellandum ſic ſeruatur. Citetur pars aduerſæ vt ſupra. Ad dandum & recipiendum, darique & recipi videndum libellum ſeu ſummariam in huiuſmodi cauſa petitionem, &c. ad.i diem. Qua die aduenlente ſi compareant poſſunt dari libelli hincinde ab vtraque parte. Et ſi non compareat pars accuſetur contumatia ipſius non cõparentis neque libellantis. Et eius cõtumaciam detur libellus generaliter verbo ſolum, & duntaxat, cum proteſtatione de dando latius inferius in ſcriptis lo

I

co & tempore oportunis. Vel detur ſpecialiter in ſcri ptis,& vlterius petatur pars aduerſa citari iurandum de calumnia, ſi in cauſa bñficiali. Et in ꝓphana reſpõ dẽdum libello, in quo ſeruãtur. iiii. termini ſimiles.

¶ Tertius terminus ad iurandum de calumnia in be neficialibus, & reſpondendum libello in prophanis ſimiliter ſeruantur ſicut præcedentes, videlicet, ꝙ ci tetur pars aduerſa ad iurandum, & deliberandum iurariq; & deliberari videñ. de calumnia vitanda, & veritate dicenda cum omnibus & ſingulis capitu lis in ſub calumniæ iuramento contentis, & in bene ficialibus & prophanis ad reſpondẽdum libello pro parte, &c in huiuſmodi cauſa dato ad. i. diem. &c. Qua adueniente ſi compareant ambe partes iurent de calumnia. Vel pars aduerſa reſpõdeat libello, vel iterum citetur ad reſpondendum, &c. Si vero non compareat pars citata accuſatur contumaciam vt pri us, neq; iurantis de calumnia, vel non reſpondentis libello. Et in eius contumaciam iuret pars præſens de calumnia, vt moris eſt. Et vlterius petatur citari ad articulandum Vel in prophana iterum ad reſpõ dendum libello, &c.

¶ Quartus terminus ad articulandum ſimiliter ſer uetur præcedentes, ita ꝙ citetur pars aduerſa ad po nendum, & articulandum &c. ad. xii. in beneficiali bus, & in prophanis ad. xv. Qua die ſi comparent partes poſſunt articulare verbo, &c. vel in ſcriptis Et ſi pars citata non cõpareat, accuſetur cõtumacia, &c. Et in eius cõtumaciã dentur articuli verbo ſolũ. &c. vel etiam in ſcriptis. Et vlterius petatur citari ad di cendum contra articulos.

¶ Quintus terminus ad dicendum contra articu los ſimiliter ſicut præcedenter ſeruatur, ſcilicet, ꝙ ci tetur pars aduerſa ad dicendum, & excipiendum.

quicquid verbo, vel in ſcriptis contra poſitiones articulos, & cætera. dicere ſeu excipere voluerit ad ſecundum diem. Qua die ſimiliter ſi compareat poteſt excipere verbo, &c. Si autem non accuſetur contumaciæ, &c. Et petatur citari ad procedendum omnia.

¶ Sextus terminus, qui eſt ad procedendum omnia, ſeruetur ad modum aliorum, videlicet, ꝙ citetur pars ad producendum, & produci vidēdum omnia iura, &c. ad. ii. diem. &c. Qua die ſi partes compareant, producant hincinde omnia iura ſua. Et ſi non compareat accuſetur contumacia partis non comparentis Et eius contumaciam producantur ipſa verbo ſolum vel in ſcriptis. Et petatur citari pars ad dicendum contra producta.

¶ Septimus terminus ad dicendum contra producta, ſeruetur vt alii termini, ſcilicet ad ſecundam diem.

¶ Octauus terminus ad declarandum, qui ſeruatur ſicut priores ad. i. diem, videlicet, Citetur pars aduerſa ad declarandum, ſeu declarari videndum poſitiones & articulos, &c Et ſi non bene fuerint ſpecificati, vt eſſet in eis aliquis defectus obmittendo, vel male narrando, ſeu alias, quæ omnia poſſunt ſuppleri per declarationes in iſto termino data. Et nota ꝙ iſte terminus non eſt ſubſtantialis, ſed accidentalis, ergo aliquando obmittitur quando nō eſt opus articulos declarare. Et ſimiliter terminus ad dicendum contra declarationes, qui ſimiliter ſeruatur ad primum diem.

¶ Nonus terminus ad reſpondendum ſingulariter ſingulis poſitionibus, & articulis oblatis per actorem, qui debet ſeruari antequam producantur teſtes, quia ſi aliquem articulorum pars rea confiteantur,

ſuper eo non requiritur aliqua productio teſtium, alias vero ſic. Et ſi pars non vult ſufficienter reſpondere, citari debet ſecundo, & iterum tertio, & quarto & ex ſuperhabundanti ad omnem, &c. eius malitiam conuincendam ad reſpondendum ſufficientis, & ad hoc ſub pœna excõmunicatiõis cõpelli debet.

¶ Decimus terminus ad audiendum voluntatem dominorum Auditorum ſuper admiſſione, & repulſione articulorum, ſiue poſitionum, & citetur pars aduerſa ad primam diem, vel ad horam audientiæ, actor petat ſe admitti ad probandum articulos, & poſitiones ſuas in Rom. Cu. vel extra.

¶ Vndecimus terminus eſt, ad videndum iurare teſtes, qui ſic ſeruatur. Citetur enim pars aduerſa ad videndum, & audiendum nonnullos teſtes ad producendum admitti, & iurandum, & recipi, &c. ad primam diem. Et ad dandum Interrogatoria ad hodie, & cras per totam diem, quo termino producantur teſtes, & iurent dicere veritatem, & quicquid eis conſtabit de materia articulorum, &c. ad primam diem, vel ad ſecundam diem.

¶ Duodecimus terminus eſt, quando articuli probantur per Inſtrumentum literas & alia iura, &c. Et eſt ad recognoſcendum ſigna, ſigilla, & manus Notariorum, iurium, & munimentorum huiuſmodi, qui ſimiliter ſeruatur vt præcedẽtes ad primam diẽ, vel ſecũdam, &c. Qua die producat actor recognoſcentes ſigna, &c. Quibus productis & iuratis ſi recognoſcũt ſigna, &c. Petat ꝙ habeant̃ ꝓ recognitis.

¶ Decimus tertius terminus ad publicandum, & ad videndum, & afferendum omnia & ſingula dicta ſiue atteſtationes teſtium, &c. publicari, copiamq; eorundem decerni & concedi. Necnon ad dicendum, & excipiendum quicquid, &c. contra dicta ſiue atte

ſtationes huiuſmodi dicere, ſiue excipere voluerit. Et ſeruatur iſte terminus ſimiliter ſicut præcedentes ad i.vel ad.ii.diem.

¶ Decimus quartus terminus ad concludendum in cauſa,&c.Et ſi in iſto termino fuerit concluſum,quia aliquando poſt concluſionem pars rea aliquid producit, ideo faciat citari partem ſibi aduerſam ad dicendum contra vltimo producta,& tunc illa pars citata poterit contra illa excipere generaliter verbo, vel in ſcriptis&c.& nihilominus d.Auditor poterit concludere non obſtante. Et tunc habet̃ p̄ concluſo.

¶ Decimus quintus terminus, qui eſt ad audiendũ ſententiam diffinitiuam in ſcriptis ferri,vel promulgari.Et ſeruatur ad primam diem, vel ſtatim ad arbitrium dñi Auditoris quãdocunq; fuerit bene deliberatus.&c.Poſtea vero ſententia lata in ſcriptis,vt moris eſt, ſi pars contra quam eſt lata non appellet, & tranſeat in rem iudicatam huiuſmodi ſententia, petat victor citari partem aduerſam ad videndum expenſas taxari,& iura reſtitui & recuperari ad.i. diem. Si vero appellet dicta pars, & non proſequitur appellationem ſuam in tempore debitò, appellatio tunc dicitur eſſe deſerta,& poteſt appellatus facere cõmitti cauſam ſuper deſertione dictæ prætenſæ appellationis, & ſuper eadem deſertione procedere vſque ad declarationem deſertionis,& nullitatis dictæ prætenſæ appellationis.Et tunc appellans inantea non audiret ſeu admitteretur ad proſequendum huiuſmodi appellationem,niſi fuerit per Papam commiſſionẽ cõſiſtoriali reſtitutus ad appellationem huiuſmodi proſequendam, & ſimiliter poſt ſecundam & tertiam inſtantias,ſi non appelletur,vel proſequatur appelationem vt iam dictum eſt, & tunc petantur expenſæ taxari, vt profertur.

¶ De ſecunda inſtantia.

POſtea ſi pars rea vel coniuncta, contra quam ſentẽtia lata, infra x. dies continuos a tempore latæ ſententiæ non appellauerit, aut appellationem non proſecuta fuerit in tempore, tunc illa ſecunda ſentẽtia dicitur tranſire in rem iudicatam, & tunc petantur expenſæ taxari. Et ſi appellauerit vt ſupra dicitur in ſecunda inſtantia, a ſententia, tunc facit huiuſmodi cauſam appellationis committi facere, & commiſſa cenſetur illa in tertia inſtantia, & tunc debent ſeruari termini infra nominati in tertia inſtantia ſeruari ſoliti ſimiliter ſicut termini præcedentes in prima inſtátia, & in ſecunda Quibus tẽtis, & ſentẽtia lata, a q̃ nõ eſt appellatũ, debẽt taxari expẽſæ in termino ad hoc aſſignato, & reſtitui iura, &c. & ſic finit̃ cã.

¶ Nota quãdo decernit̃ citatio ad ptes, ꝙ ipſa reportata de partibus debite executa, debet citari pars aduerſa ad dicẽdũ cõtra cõmiſſionẽ citationẽq; ad partes decretã & eius executionẽ, & hoc p audientiã cõtradictaꝝ. Quia quotiẽs pars eſt abſens a Cu. ſemp teneatur proceſſus per audientiam contradictarum. Et ſic primus term. in cauſis ſemper teneur per audiẽtiá. Et ſimiliter ſeruãt oẽs termini ſicut pri' dictũ eſt.

¶ Item nota, ꝙ quãdo ꝓceditur per audientiã cauſarũ ſemper debet fieri relatio per Curſorẽ, de qualibet citatione, q̃ cito facta fuerit ſollicitetur. Notarius vt notet in manuali ſuo ne obliuiſcatur propter proceſſum, quia nullius eſſet roboris. Sed quãdo procedit̃ p audientiã cõtradictaꝝ, tunc nõ eſt fiẽda relatio, q̃a inia in audiẽtia lecta, & ſigillata, & autẽtica facit fidẽ, & relationẽ de termino aſſignato, & tunc ſemp ꝓcedit̃ in cõtumaciã partis aduerſę ad quẽlibet actũ. Item nota quando proceditur in remiſſione de partibus reportata. Cæterum cum dicta remiſſio cauſæ

ſigillo iudicis ſigillata cum atteſtationibus fuerit in Ro.Cu reportata, & hora cauſarum iudicialiter exhibita, primo & ante omnia recognoſcatur ſigillũ Iudicis remiſſionis prædictæ a partibus hincinde. Si ipſę partes ſimul compareant in iudicio, alias pars comparens faciat citari aliam ad recognoſcendum ſigillum. &c. ad primam diem, vel ſtatim. In quo termino ſi partes compareant, tunc fiat, vt ſupra. Si vero pars comparens in contumaciam non comparentis ſigillum recognoſcat, & auditor recepto iuramẽto ab eo ꝙ huiuſmodi ſigillum eſt, vel credit eſſe illius cuius eſſe dicitur, & tũc habetur pro recognito. Et hoc facto ſi ambæ partes fuerint præſentes petatur remiſſio aperiri. Si vero vna tantum ſit præſens tũc ad inſtantiam comparentis citetur alia ad vidẽdum aperiri ad primam diem, vel ad ſtatim. Quo termino adueniente, ſi ambæ partes compareant, in earũ præſentia dominus Auditor aperit, vel habet remiſſionem præfatam pro aperta. Si vero vna pars tantũ præſens fuerit, ad inſtantiam illius in contumaciam partis non comparẽtis dominus Auditor in remiſſionem aperiat. Qua aperta petunt partes quandoq; ſibi publicari atteſtationes teſtium in partibus receptorum, & etiam in Curia, & copiam earum ſibi decerni. Et tunc dominus Auditor in præſentia partiũ publicet huiuſmodi atteſtationes, & earum copiam decernet. Et ſi vna partium ſolum præſens fuerit, citetur alia ad videndum publicari teſtes ad primam diem, vel ad ſecundam Et ſi tunc compareat pars dominus Auditor publicat atteſtationes. Si vero non compareat, nihilominus in contumaciam non comparẽtis publicet, &c. & copiam decernat. Et qñq; poſtea obſeruatur terminus ad dicendũ cõtra atteſtationes hmõi ad octauã, vel prima diẽ ſecũdum arbitriũ

Auditorum,& qualitatem atteſtationum. Et quandoq; ille terminus non obſeruatur,ſed tunc ſeruatur terminus ad concludendum, vel dicendum cauſam quare,&c. In quo termino ſi non allegatur cauſa rationabilis quare non ſit concludendum Auditor cõcludat,ſalua libera poteſtate reuocandi,etiam altera parte contradicente.

¶ Qualiter proceditur in cauſis præmiſſis poſt mortem vel abſentiam Auditorum, cum poteſtate Alterius Auditoris reſumendi.

¶ Primus terminus eſt ad dicendum contra commiſſionem ad.i. diem.

¶ Secundus terminus ad videndum reſumi cauſam ad primam diem,vel ad ſecundam, Qua cauſa reſumpta in eodem ſtatu, in quo coram priore Iudice ſeu Auditore remanſerat, procedatur in ea ſubſequenter poſt vltimum terminum coram alio Auditore habitum.

¶ Declarationes publicæ.

¶ Si vero in huiuſmodi cauſa fuerint aliqua dubia, & partes petat cauſam poni in publicis declarationibus,tunc dominus Auditor poteſt præfigere terminum partibus ad allegandum in cauſa, & dare partibus dubia in ſcriptis, & deinde allegare in cauſa habita per dominum Auditorem matura deliberatione, cum conſilio aliorum Coauditorum poteſt præfigere partibus terminum ad audiendum ſententiam. Si vero in huiuſmodi cauſa nõ fuerint dubia, tunc dominus Auditor incontinenti poteſt concludere abſq; aliquibus allegationibus, habitis conſilio & matura deliberatione aliorum ſuorum Coauditorum ſuper meritis cauſæ, ſtatuere poteſt partibus terminum ſi præſentes fuerint, Alioquin ad in-

ſtantiam partis comparentis citabitur alia ad viden dum, & audiendum ſententiam in ſcriptis ferri, & promulgari.

¶ De taxatione expenſarum.

¶ Si vero a ſententia nō appellatur ſolet citari pars contra quam eſt lata ad videndum taxari expenſas ad primam, vel ſecundam iuxta arbitrium Iudicis. In quo termino ſi ambæ partes compareant, tunc dominus Auditor in præſentia partium taxabit, & moderabit expenſas, prout videbitur expedire, ſecundū cedulam computationis, ſeu taxationis damni per partem recepto prius iuramento a parte, ꝙ tantum expedit. Si vero pars citata non compareat nihilominus in contumaciam cuius poſſunt expenſe taxari.

¶ Conſtitutiones de litibus abbreuiandis.

ET quoniam lites ſuper quibuſuis cauſis beneficialibus prophanis, & aliis, quæ peremptorie per quaſcunq; perſonas ſeculares vel regulares in Rom. Cu. ex Apoſtolica commiſſione mouentur atq; tractantur, intendimus fieri breuiores. Et vt litigantes ad ipſam Cu pro defenſione iurium ipſorum venientes ad huiuſmodi cauſas proſequendas releuentur laboribus & expeñ. Statuimus & ordinamus, ꝙ in cauſis in quibus de iure vel alias per reſcriptum ſiue cōmiſſionem proceditur talis ordo ſeruetur ſummarie & de plano, &c.

¶ Quando cauſa committitur in palatio terminis non obſeruatis, ſola facti veritate inſpecta, ſi cauſa ſit beneficialis, vel alia talis, in qua de iure procedi debeat ſummarie, ſimpliciter, & de plano, &c. ſecundū ꝙ in cauſa proceditur, ſiue illa omnia in commiſſione exprimantur, & partes in Curia ſint præſentes, obmiſſo termino ad libellandum, & recepto ſtatim iu-

ramento calumniæ a partibus, procedatur ad dandum poſitiones & articulos ad.x. Ad dicendum contra eoſdem ad primam diem. Ad dicendum contra producta ad.iii.diem. Si vero vna partium abſens fuerit, ita proceditur per audientiam cõtradictarũ. Si in prima commiſſione fiat mentio de eius abſentia & concludatur, ꝙ ſola facti veritate inſpecta, vt ſupra procedatur. Et ſeruetur modus procedendi antedictus. Alioquin omnes termini palatii obſeruentur, puta, ꝙ ſola facti veritate inſpecta, procedatur tunc, prout procedi poteſt ſummarie, & de plano, omnes terminos palatii ſummarie in proceſſu ſeruari ſolitos obſeruando, & illos abbreuiãdo. Si vero cõmittaturꝙ ſola facti veritate inſpecta, & terminis nõ ſeruatis, tunc omnes termini in proceſſu ſummariæ ſeruentur, & etiam abbreuientur ad iudicis arbitriũ vt habetur in quadam deciſione Rotæ.

FINIS.

¶ Quid ſit Ars Notariatus. Cap. primum,

ARS Notariatus eſt ſcribendi & dictandi per quam fragilitatis humane negocia roborantur, & peremni memorie commendantur. Et eſt notandum, ꝙ vnuſquiſq; diſcretus Notarius ſiue tabellio quod idem eſt, quādo ipſe requiritur ad aliquem actum ſcribendi debet bene prius conſiderare & infra archana ſue mentis reuoluere ſpecialiter quinq;. Primo conditiones & ætates eorū qui contrahunt. vel ad quid ſe obligant. Secūdo ad beneficia renuncianda. Tertio qualitates & quantitates rerum in quibus ſe obligant ſeu diſtrahūt. Quarto diuerſitates contractuum. Quinto numerum teſtium in contractibus habendum. Nota ꝙ in his caſibus rogandi ſunt teſtes, ſcilicet in ſolutione debiti in confeſſione creditoris cōfitentis ſibi ſolutum eſſe, in donatione excedēte ſummā quingentorū aureoꝝ & in teſtō repudii. Itē iſta diligenter ſeruāda ſunt a diſcreto notario. ſ. iſta ſubſtātialia quæ ſemp requiruntur ad verū inſtrm̄, vt puta annus dn̄i. Indictio, menſis. die, hora & Pōtificatus Papæ in quo loco ſit actus, & cuius dioceſis, & corā qbus. Iſta omnia quilibet fidelis Notarius primo debet ſcribere in ſuo ꝓthocollo vel libello anteq̄ ſe ſubſcribat in aliquo inſtrumento.

¶ Quid ſit Notarius Ca. ii.

¶ Eſt autem Notarius ſiue tabellio quædam perſona publica tabellionatus gerens officium. Ad cuius fidem recurritur vt ipſe ſcribat & ad perhennem memoriam redigat illa quæ ab hominibus fiunt Et dicitur Notarius a notando, quia notare debet & in ſcriptis fideliter redigere oīa illa ſup quibus & fidē

eius recurritur. Dicitur etiam tabellio a tabula, quia veteres ſolebant ſcribere in tabula & notare, & ſic tabelliones in iure ciuili adhuc tabe'lares appellãtur, quia omnia nomina domini eſſe cõueniẽtia rebus.

¶ Quibus modis Notarius appellat a iure. Ca. iii.

¶ In iure ciuili Notarius diuerſis modis nuncupatur. Nam aliquando dicitur Seruus publicus, non quod eſt ſeruus, quia ſeruus non poteſt eſſe Notarius ſed quia ſeruit omnibus & ſeruire debet vni ſicut reliquo & pauperi ſicut diuiti. Aliquando etiam dicitur Scriba a ſcribendo. Aliquando ſcrinarius, quia ſcripturas ſuas in ſcrineis caute debet cuſtodire.

¶ Qui poſſunt eſſe Notarii. Cap. iiii.

¶ Eſt enim notarius homo liber non colonariæ conditionis alteri neceſſitati non aſtrictus, & maſculus ſane mentis videns, & audiens & integre fame cõſtitutus habens plenam notitiam artis notariatus ſiue tabellionatus. Primo enim dicitur homo liber, quia ſeruus non poteſt eſſe notarius cum ſit publicum officium a quo ſerui repellantur. Secundo dicitur nõ aſtrictus colonariæ conditionis. Colonus non poteſt eſſe notarius ne publicis actibus priuata miſceantur officia. Tertio dicitur alteri neceſſitati non aſtrictus, vt monachis & canonicis regularibus, cum ipſi quãtum ad ea quæ iuris ciuilis ſunt pro mortuis reputantur quia vacare debent officiis diuinis, & non ſe immiſcere de iſtis quæ in foro aguntur. Quarto dicitur maſculus quia fœmina nõ poteſt eſſe notarius cum ſit publicum, & virile officium à quo fœmine repellantur. Quinto dicitur ſane mentis, quia notarius non debet eſſe furioſus, ſed omnibus beniuolus. Sexto dicitur videns & audiens, quia qui caret lumine vel non audit vel eſt mutus non poteſt eſſe notarius. Septimo dicitur integre fame conſtitutus qa

Infamis vel falſarius aut qui fidem non haber ortho doxam non poteſt eſſe notarius, cum officium tabel lionatus ſit honor, & dignitas, a quibus repellitur infamis. Octauo dicitur habens plenam notitiam artis notariatus, quia ille deberet docere & non do ceri. Iuxta illud turpe eſt doctori cum culpa redargu it ipſum.

¶ Cuius auctoritate conficiantur notarii Ca. vi.

¶ Conficiuntur autem notarii ex poteſtate principis aut comitis Palatini, aut alterius cui nominatim co mes poteſtatem concedit. Et iſte vbicunq; locorum artem notariæ poteſt exercere & maxime in terra principis. Sed notarius conſtitutus ab vniuerſitate, vel cōmunitate in ſuo municipio officium ſuum va let exercere, extra territorium ſuum pro notario non habetur.

¶ Quę ſunt ſeruanda a notario Ca. vi.

¶ Debet autem tabellio ſiue notarius ſeruare omnia quæ ratione ſui officii in ſcriptis dirigat, ꝙ illa fide liter & caute ſcribat, & ſine cuiuſq; leſione, & præiu dicio partium non mutando verba aut iuris ſubtili tati renunciet, & renunciationibus aliquid aperiat. Etiam debet reſeruare idem tabellio ſiue notarius vt tales adhibeat teſtes qui a iure non prohibeātur ferre teſtimonium. Item in carta raſa non debet ſcri bere inſtrumentum, vt radendo literam materia nō auferatur. Item ſeruare debet, ꝙ faciat notam in pro thocollo, & poſtea debet extrahere ex illo publicum inſtrumentum, ibi in principio ſemper debet pone re annum domini, & diem in qua celebrantur actus & nomen principis, ſcilicet ſicut apoſtolicus, vel im perialis, & indictionem, & nomina contrahentium, & teſtium in quorum præſentia ſit inſtrumentum, & locum in quo actus ſit, etiam nomē ſuum certum

debet opponere de quo dubitari non poſſit. Et debet vti quodam ſigno in fine ſubſcriptionis, & in margine extra inſtrumentum vel in principio inſtrumenti ante ſubſcriptionē.

¶ A quibus debet ſe abſtinere Ca. vii.

¶ Debet enim ſe abſtinere notarius ne ſcribat aliqua falſa vel illicita inſtrumenta a iure prohibita ratione perſonarum vel rerum, aut mixta ratione perſonarum, vt ſi impubes aut furioſus vel ſimilis vellet facere inſtrumentum, notarius non debet conficere ratione rei, vt ſi res prohibita a iure alienaretur quādo non eſt commertium, vt liber homo res ſacra vt ad forum publicum ſicut res eccleſiaſticæ ſeruari poſſunt niſi in caſu, puta pro re aliena alienatis & quibus aliis tamen cum decreto iudicis, Ratione vero mixta, vt ſi impubes vel furioſus vellet legare in ſuo taſtamento rem cuius non eſſet commertium, vel liberum hominem vel ſacram rem vel filiam. Et ſi notarius talia inſtrumenta ſubſcripſerit irreuocabile exilii dannatione puniatur vel alia pena grauiſſima iuxta ſui cognitionem iudicii feratur.

¶ Quid ſit indictio Cap. viii.

¶ Indictio eſt ſpacium .xv. annorum ad habendum conſuetudinem Romanorum, quia indictio initium accepit a Rom. quando Romani ſibi totū mundum ſubiugarunt & ædiſtum facerent, vt oēs homines de qualibet prouincia triplicia tributa ſoluerēt propter terraram in primum quinquennium in fine ſoluerent aurum ad donationis clpum & ſignum, In fine ſecundi quinquennii ęs & argentum ad fabricandum, argentum ad ſtipendia militum, & in fine tertii quinquennii ęs & ferrum ad fabricandum arma. Vnde dicebatur indictio aurea, argentea & fer-

rea,& ſic inſtituerunt Romani ꝙ nullum priuilegiũ & nulla conuentio ſcripta eſſet ſtabilis niſi haberet annum indictiõis annotatum,& hoc ne tributorum memoria ſoluendorum laberetur. Notãdum ꝙ nos in tribus vtimur indictione, ſcilicet in priuilegio, in cereo paſcali,& in dedicatione eccleſiarum. Et dicitur indictio ab indico as arte, quod maxime ad pontifices pertinet. Vnde Edicunt reges,indicit feſta ſacerdos, Incipit autẽ titulus indictionis in Septẽb. quia tunc fit vbertas fructuum vnde poteſt ſolui tributum hoc potius intelligi debet extra Rom. Curiã quia annus domini & indictio in Rom.Cu in quolibet feſto natiuitatis domini renouabitur. Finis autem cuiuſlibet quinquennii luſtrum ab antiquis dicebatur,& eſt ſpacium v.ãnorum Et dicitur luſtrum a luſtro as are, quia in fine cuiuſlibet quinquennii quando tributa ſoluebantur ſolebant currere per Ciuitatem cum cereis & lampadibus magnum feſtum facientes. Finitis vero. xv. annis renouabitur Indictio vt prius.Item nota ꝙ indictio ſummitur æquiuoce, ſcilicet pro ſpacio xv.annorum, & pro quolibet anno. Sicut hoc nomen ſabbatum pro ſeptimana, pro quolibet die ſeptimane. Vnde verſus.Roma tributa dari rex pro quinquennia iuſſit. Et prius argentum poſt hæc induxit in aurum. Sic tria luſtra ſuo ſunt aſſignata tributo.Cum redit october indictio eſt noue ſemper. Quattuor atq; tribus illis prælibatis diebus. Et per quindenos numerando voluitur annus. Nota etiam verſus ad inueniendum Indictionem. Si per quindenos domini diuiſeris annos. Tres ſimul adiunges indictio ſit tibi primus. Si nihil excreſcet quindena indictio certet.Item Bern. diuidit annos domini per xi. & facit vt prius, quia. xi. fuit indictio quando Chriſtus naſcebatur.

¶ Quid ſit contractus Cap. ix.

¶ Contractus eſt duorum vel plurium beneplacitum & aſſenſus inſcriptus, & manu publica redactus, vel etiam obligatio hinc facta poteſt dici cõtractus.

¶ Quid ſit obligatio cap. x.

¶ Obligatio eſt iuris vinculum quo perſonæ obligantur aut aſtringuntur ad aliquid dandum, vel faciendum. Et nota ꝙ obligatio eſt triplex, ſcilicet, realis, perſonalis & mixta. Realis eſt quando res proprię obligantur. Perſonalis eſt quando ſtipulatio interuenerit. Mixta eſt quando res, & perſona ſimul ſe obligant. Item ſi fuerint duo rei debendi vel plures, & ſi vterq; inſolidum obligaret, vterq; ſecundum ius ad ſoluendum compellitur, & illa vocatur noua inſtitutio, etiam ſi fideiuſſor vnicus fuerit grauatus in aliquo, illi ſemper iura ſubueniunt. Conceſſum eſt enim fideiuſſori beneficium quadrimeſtre, vt non teneatur ſoluere ſi non poteſt a die termino ſolutionis præfixo poſt illum terminum tranſactis. iiii. menſibus dicatur. iiii menſibus, dicatur quadrimeſtre tempus. Item ſi fuerit duo vel plures fideiuſſores, tunc Adrianus imperator fecit vnam epiſtolam quæ continet, ꝙ quilibet eorum libenter partem ſuam ſoluere debet. Item in beneficio lex dedit vt prius in principali debitore, & ſi non habuerit vt ſatisfaciat tunc fideiuſſor incurritur Item emptio eſt verbum reale, & res dicitur empta.

¶ Quid ſit conſuetudo cap. xi.

¶ Conſuetudo eſt vnus vſus rationabilis longo tempore confirmatus nullo tempore incorruptus, ſed frequenti actu ſine contradictione inductus vel cuius iam non exiſtit memoria introductus ad alios actus vtentium comprobatus vel aliter. Conſuetudo eſt quoddam ius moribus inſtitutum quod pro lege

ſubſcribiture

ſubſcribitur quando lex deficit. Conſuetudo quæ dannoſa eſt eccleſiis non poteſt ſtare.

¶ Quid ſit ſtipulatio Cap. xii.

¶ Stipulatio eſt interrogatio petitiua adiuncta reſponſione promiſſionis, vt ſi interrogatus dicit dabis, & dans reſpondis dabo tibi, & ſic facta eſt ſtipulatio. Et dicitur ſtipulatio a ſtipulo a um, quod eſt firmum quia ſtipulatio debet eſſe firma. Et notandum eſt quod ſocius pro ſocio poteſt ſtipulare, & filius pro patre, & frater pro fratre, & procurator pro impube, curator pro adulto, & ſeruus pro domino ſuo.

¶ De Teſtamentis Cap. xiii.

¶ Teſtamentum eſt quædam ſolennis ſententiæ voluntas cum inſtitutione hæredis, quia ſine hæredum inſtitutione non valet teſtamentum, in quo teſtamēto nemo poteſt legem imponere a quo recedere non licet, cum ambulatoris ſit voluntas vſq; ad exitum vię. Teſtamentum autem niſi teſtatore mortuo vires non habet. Item verus hæres teſtis eſſe non poteſt.

¶ De diuiſione teſtamenti Cap. xiiii.

¶ Teſtamentorum aliud in ſcriptis, & aliud ſine ſcriptis, ita ꝙ non fiat in ſcriptis, ſed in præſentia teſtium. Et dicitur teſtamentum nuncupatiuum ſicut ſunt prædicta duo teſtamenta, videlicet, quando coram tabellione & teſtibus nuncupatur hæres inſtitui ad ea quæ in teſtamento ordinantur, & non interuenerunt aliæ ſolennitates, & ideo dicitur ſine ſcriptis hoc eſt ſine ſolennitatibus, quod quidam faciunt & dicunt valere Et ſunt iſte ſolennitates ꝙ teſtator manu propria ſcribat ſi literatus eſt, vel ſi non poteſt, tunc alius ſcribat de eius licentia, & reſpondat ſeu offerat aliud coram. vii. perſonis literatis pro teſti-

bus rogatis, atq; requiſitis, dicens illud teſtamentum ſuum eſſe, quod offertur, non tamen refert, an illi teſtes ſciant quæ continentur in teſtamento, vel non, & ſint in eo ſcripta nomina hæredum, & prædictus teſtator, vel ille alius qui ſcripſit literas eius ſcribat in præſentia vii. teſtium, & in teſtamento quiſq; de teſtibus ſe ſubſcribat, & etiam vnuſquiſq; teſtium vno & eodem die ſigillum ſuum apponat. Sed ſi teſtes literati fuerint, vnuſquiſq; teſtiũ ſe propria manu vno & eodem die ſubſcribat, alias ſine illis ſolẽnitatibus teſtamentum non valet. Quomodo vero hoc teſtamentũ fieri debeat, & in qua forma ſcribatur, & quo modo ponatur, omittitur hic, quia a conſuetudine noſtri temporis eſt alienum. Fit etiam aliquando teſtamentum ſine ſcriptura, itaq; quãdo habetur tabellio, tunc teſtator aduocet ad ſe. vii, teſtes in ciuitate, aut in villa, & exponet eis teſtamentum ſiue diſpoſitionem ſuam, & hæredum ſuorum nominationem, & inſtitutionem, & rogat illos eſſe teſtes. Mortuo autem huiuſmodi teſtatore, tunc aliquis habẽs vim in teſtamento accedit ad iudicẽ ciuitatis, vel villæ narrando ſibi hoc, tunc iudex vocatis hæredibus legatarii, & fideicõmiſſariis, ſiue veniant, ſiue non, & committant alicui tabellioni teſtes ipſos ad notitiam teſtamenti, & ad perpetuam rei memoriam accipere. Et ipſi teſtes iurati apponant nomina eorum vnuſquiſq; ſigillatim, & interrogetur vnuſquiſq; de nomine, & ætate teſtatoris, de verbis eius quibus vſus fuerat in teſtamento ſuo, ſpecialiter ad hęredum inſtitutionem & de anno, die loco & teſtibus. His examinatis legentur dicta teſtium coram iudice præſentibus a'iis teſtibus, & tabellio de mandato iudicis publicet dicta teſtium, & tunc ſe ſcribat.

¶De his qui teſtari non poſſunt. Cap xv.

¶Iſti ſunt qui teſtari non poſſunt, & prohibentur a lege facere teſtamentum. Primo impube, vt maſculus minor. xv. annorum. Item filiusfam. non poteſt teſtari, etiam ſi conſentit, niſi de caſtrenſi vel quaſi de peculio de quibus etiam præter patris voluntatem teſtari non poteſt. Item mancipatus vel furioſus nō poteſt teſtari, quia furioſus eſt. Itē de prodigo cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta. Item mutus & ſurdus etiam ſi ſciat literas non poteſt facere teſtamētum ſuum. Item dānatus ad mortem, aut moriatur, aut efficiatur ſeruus pene. Item qui dubitat de ſtatu ſuo vtrum ſit ſeruus vel liber aut paterfamilias Item qui dati obſides pro captiuis Populi Roman. Item qui eſt dannatus de crimine famoſo. Item monachus vel etiam canonicus regularis Item hereticus vel qui commiſerit crimen leſe maieſtatis. Item cæcus non poteſt teſtari, niſi habita quadam ſpeciali cura ſolemnitatis, qui vbi verſatur maius periculum, ibi adhibeatur maius conſilium. Item nota heredes inſtituere eſt aliquem poſt mortem ſuam in locum ſuum ponere, & in omnibus ſuis bonis dominum ſtatuere. Item heres qui ſuccedit ad bona defuncti.

¶Quid ſit codicillus. Cap. xvi.

¶Codicillus eſt quædam diſpoſitio vltime voluntatis, ſiue heredum inſtitutio. Et poteſt fieri multis modis. Aliquando fit codicillus ante teſtamentum, & tunc de teſtamento ſequenti faciēda eſt mētio precedentis codicilli Quādoq; vero codicillus fit poſt teſtamentum, & poſt alium ſeu alios codicillos quia plures codicilli poſſunt fieri ab vna perſona, & tunc facienda eſt mentio non ſolum de teſtamento, ſed etiam de pluribus codicillis præcedentibus.

Aliquando etiam fit codicillus nullo præcedenti vel ſequenti teſtamento & valet.

¶ De forma codicilli Cap.xvii

¶ In nomine domini amen. Ego Io. &c. talis dio. tali die. &c. propria & ſpontanea mea voluntate licet egrotans corpore tamen ſciens in mente in præſentia talis,&c.ſpecialiter a me rogati codicillum facio, in quo principale meum teſtamentum per manus eiuſdem notarii confirmo atq; præcipio ꝙ vxor mea enim habeat de bonis meis ſuper quas in meo teſtamento reliqui domum meam, & dominus Io. filius meus liberos quos ego reliqui confratribus ſuis omnibus relictis & legatis mei teſtamenti prædicti Quem quidem codicillum perpetuum & firmū habere volo contra quem ſiquis filiorum meorum venire præſumpſerit,dabit alio obſeruanti perpetue vnum florenum, vel hic codicillus perpetue non manet firmus. & illa forma codicilli fit poſt teſtamentum & nulli poteſt facere codicillos niſi quibus ſupra præmiſſum eſt facere teſtamentum.

¶ Qualiter differunt teſtamentum & codicillus. Cap.xviii.

¶ Item differunt teſtamentum & codicillus, quia aliquando in teſtamento fit indirecta inſtitutio & hæreditatio, in codicillo autem niſi pro fidei commiſſione,vt ille qui fuit hæres ab inteſtato hæreditatem alteri reſtituat,vt ſupra in prima forma codicilli. Sed in condicillo non poteſt fieri ſubſtitutio a teſtatore,nec aliqua condicio apponi quæ nocet hæredi inſtitutioni. Item in teſtamento requiruntur regulariter.vii.teſtes rogati .ſed in codicillo ſufficiunt.v. etiam non rogati. Item poſterius teſtamentum tollit primum ipſo iure, & non poteſt quis docere de duobus teſtamentis relictis ꝙ vtrunq; valeat. Poſte

rior autem codicillus non rumpit primum niſi ex-preſſe contradicat ei, & non poteſt quis credere plu ribus codicillis ſibi contradicunt.

¶ De teſtibus in teſtamento Cap. xix.

¶ In teſtamento requiruntur regulariter. vii. teſtes qui ſunt præſentes ꝙ debēt rogari. Sed ille qui ſcri-bit teſtamentum in numero vii. teſtium computa-tur. Etiam poſſunt cōputari in eodem numero lega tarii qui præſentes ſunt & hoc eſt verum niſi eſſet quæſtio inter hæredes & legationes, tunc legatarius non poteſt eſſe teſtis in iſta cauſa. Tutius tamen eſt, ꝙ opponantur alii teſtes ſi haberi poſſunt. Item in teſtamento cæci, & in villis ſufficiunt. v. teſtes ſi plu-res non poſſunt haberi. Item in teſtamento iſtorum militum qui pro ſalute Romani imperii iurauerunt ſe nō iudicaturos mortem, aliquando ſufficiūt duo teſtes, aliquando vnus teſtis. Item in teſtamento con dito in præſentia imperatoris & precibus porrectis vt audiant nullus teſtis requiritur. Item in teſtamen to prohibentur eſſe teſtes mulieres & hermofroditi, impubes, furioſi, muti, & ſurdi, & cui bonorū ſuoꝝ adminiſtratio interdicta eſt, & ſeruus qui omnium opinioni tunc temporis non habetur liber, & om-nes qui ſunt in poteſtate teſtatoris. Item hæres ſcri-ptus & in cuius poteſtate eſt hæres, & quem habet hę res in poteſtate vt ſupra.

¶ Quando teſtamentum non valet Ca. xx.

¶ Attendendum eſt igitur ꝙ ſi contra ea quæ ſupra ſcripta ſunt faciat inſtrumentum ſcriptum vel condi tum non valet talis nota. Valet ſi teſtator nec ſcribe-re nec artificialiter loqui poteſt, quia tunc mortuo ſi milis eſt, & in huiuſmodi teſtamento falſitas com-mittitur. Item debet recitari & tradi teſtamentum vno & eodem contextu, ita ꝙ nullus alius actus po-

Auditorum,& qualitatem atteſtationum. Et quandoq; ille terminus non obſeruatur,ſed tunc ſeruatur terminus ad concludendum , vel dicendum cauſam quare,&c. In quo termino ſi non allegatur cauſa rationabilis quare non ſit concludendum Auditor cõcludat,ſalua libera poteſtate reuocandi,etiam altera parte contradicente.

¶ Qualiter proceditur in cauſis præmiſſis poſt mortem vel abſẽtiam Auditorum , cum poteſtate Alterius Auditoris reſumendi.

¶ Primus terminus eſt ad dicendum contra commiſſionem ad i diem.

¶ Secundus terminus ad videndum reſumi cauſam ad primam diem,vel ad ſecundam , Qua cauſa reſumpta in eodem ſtatu, in quo coram priore Iudice ſeu Auditore remanſerat , procedatur in ea ſubſequenter poſt vltimum terminum coram alio Auditore habitum.

¶ Declarationes publicæ.

¶ Si vero in huiuſmodi cauſa fuerint aliqua dubia, & partes petat cauſam poni in publicis declarationibus,tunc dominus Auditor poteſt præfigere terminum partibus ad allegandum in cauſa , & dare partibus dubia in ſcriptis, & deinde allegare in cauſa habita per dominum Auditorem matura deliberatione, cum conſilio aliorum Coauditorum poteſt præfigere partibus terminum ad audiendum ſententiam. Si vero in huiuſmodi cauſa nõ fuerint dubia, tunc dominus Auditor incontinenti poteſt concludere abſq; aliquibus allegationibus , habitis conſilio & matura deliberatione aliorum ſuorum Coauditorum ſuper meritis cauſæ , ſtatuere poteſt partibus terminum ſi præſentes fuerint , Alioquin ad in-

ſtantiam partis comparentis citabitur alia ad videndum, & audiendum ſententiam in ſcriptis ferri, & promulgari.

De taxatione expenſarum.

Si vero a ſententia nõ appellatur ſolet citari pars contra quam eſt lata ad videndum taxari expenſas ad primam, vel ſecundam iuxta arbitrium Iudicis. In quo termino ſi ambæ partes compareant, tunc dominus Auditor in præſentia partium taxabit, & moderabit expenſas, prout videbitur expedire, ſecundũ cedulam computationis, ſeu taxationis damni per partem recepto prius iuramento a parte, ꝙ tantum expedit. Si vero pars citata non compareat nihilominus in contumaciam cuius poſſunt expenſæ taxari.

Conſtitutiones de litibus abbreuiandis.

ET quoniam lites ſuper quibuſuis cauſis beneficialibus prophanis, & aliis, quæ peremptorie per quaſcunq; perſonas ſeculares vel regulares in Rom. Cu. ex Apoſtolica commiſſione mouentur atq; tractantur, intendimus fieri breuiores. Et vt litigantes ad ipſam Cu pro defenſione iurium ipſorum venientes ad huiuſmodi cauſas proſequendas releuentur laboribus & expẽ. Statuimus & ordinamus, ꝙ in cauſis in quibus de iure vel alias per reſcriptum ſiue cõmiſſionem proceditur talis ordo ſeruetur ſummarie & de plano, &c.

Quando cauſa committitur in palatio terminis non obſeruatis, ſola facti veritate inſpecta, ſi cauſa ſit beneficialis, vel alia talis, in qua de iure procedi debeat ſummarie, ſimpliciter, & de plano, &c. ſecundũ ꝙ in cauſa proceditur, ſiue illa omnia in commiſſione exprimantur, & partes in Curia ſint præſentes, obmiſſo termino ad libellandum, & recepto ſtatim iu-

ramento calumniæ a partibus, procedatur ad dan-
dum poſitiones & articulos ad.x. Ad dicendum con
tra eoſdem ad primam diem. Ad dicendum contra
producta ad.iii.diem. Si vero vna partium abſens
fuerit, ita proceditur per audientiam cõtradictarũ.
Si in prima commiſſione fiat mentio de eius abſen-
tia & concludatur, ꝙ ſola facti veritate inſpecta, vt
ſupra procedatur. Et ſeruetur modus procedendi an
tedictus. Alioquin omnes termini palatii obſeruen-
tur, puta, ꝙ ſola facti veritate inſpecta, procedatur
tunc, prout procedi poteſt ſummarie, & de plano,
omnes terminos palatii ſummarie in proceſſu ſerua-
ri ſolitos obſeruando, & illos abbreuiãdo. Si vero cõ
mittatur ꝙ ſola facti veritate inſpecta, & terminis nõ
ſeruatis, tunc omnes termini in proceſſu ſummariæ
ſeruentur, & etiam abbreuientur ad iudicis arbitriũ
vt habetur in quadam deciſione Rotæ.

FINIS.

Digitized by Google

Tractatus de Arte Notariatus.

¶ Quid ſit Ars Notariatus. Cap. primum.

ARS Notariatus eſt ſcribendi & dictã-di per quam fragilitatis humane negocia roborantur, & peremni memorie commendantur. Et eſt notandum, ꝙ vnuſquiſqꝫ diſcretus Notarius ſiue tabellio quod idem eſt, quãdo ipſe requiritur ad aliquem actum ſcribendi debet bene prius conſiderare & infra archana ſue mentis reuoluere ſpecialiter quinqꝫ. Primo conditiones & ætates eorũ qui contrahunt, vel ad quid ſe obligant. Secũdo ad beneficia renuncianda. Tertio qualitates & quantitates rerum in quibus ſe obligant ſeu diſtrahũt. Quarto diuerſitates contractuum. Quinto numerum teſtium in contractibus habendum. Nota ꝙ in his caſibus rogandi ſunt teſtes, ſcilicet in ſolutione debiti in confeſſione creditoris cõfitentis ſibi ſolutum eſſe, in donatione excedẽte ſummã quingentorũ aureoꝝ & in teſtõ repudii. Itẽ iſta diligenter ſeruãda ſunt a diſcreto notario .ſ. iſta ſubſtãtialia quæ ſemp requiruntur ad verũ inſtrm, vt puta annus dñi. Indictio, menſis. die, hora & Põtificatus Papæ in quo loco ſit actus, & cuius diocesis, & corã qbus. Iſta omnia quilibet fidelis Notarius primo debet ſcribere in ſuo ꝓthocollo vel libello anteꝗ̃ ſe ſubſcribat in aliquo inſtrumento.

¶ Quid ſit Notarius Ca. ii.

¶ Eſt autem Notarius ſiue tabellio quædam perſona publica tabellionatus gerens officium. Ad cuius fidem recurritur vt ipſe ſcribat & ad perhennem memoriam redigat illa quæ ab hominibus ſiunt Et dicitur Notarius a notando, quia notare debet & in ſcriptis fideliter redigere oĩa illa ſup quibus & fidẽ

eius recurritur. Dicitur etiam tabellio a tabula, quia veteres ſolebant ſcribere in tabula & notare, & ſic tabelliones in iure ciuili adhuc tabe'lares appellãtur, quia omnia nomina domini eſſe cõueniẽtia rebus.

¶ Quibus modis Notarius appellat a iure. Ca. iii.

¶ In iure ciuili Notarius diuerſis modis nuncupatur. Nam aliquando dicitur Seruus publicus, non quod eſt ſeruus, quia ſeruus non poteſt eſſe Notarius ſed quia ſeruit omnibus & ſeruire debet vni ſicut reliquo & pauperi ſicut diuiti. Aliquando etiam dicitur Scriba a ſcribendo. Aliquando ſcrinarius, quia ſcripturas ſuas in ſcrineis caute debet cuſtodire.

¶ Qui poſſunt eſſe Notarii. Cap. iiii.

¶ Eſt enim notarius homo liber non colonariæ conditionis alteri neceſſitati non aſtrictus, & maſculus ſane mentis videns, & audiens & integre fame cõſtitutus habens plenam notitiam artis notariatus ſiue tabellionatus. Primo enim dicitur homo liber, quia ſeruus non poteſt eſſe notarius cum ſit publicum officium a quo ſerui repellantur. Secundo dicitur nõ aſtrictus colonariæ conditionis. Colonus non poteſt eſſe notarius ne publicis actibus priuata miſceantur officia. Tertio dicitur alteri neceſſitati non aſtrictus, vt monachis & canonicis regularibus, cum ipſi quã tum ad ea quæ iuris ciuilis ſunt pro mortuis reputantur quia vacare debent officiis diuinis, & non ſe immiſcere de iſtis quæ in foro aguntur. Quarto dicitur maſculus quia fœmina nõ poteſt eſſe notarius cum ſit publicum, & virile officium a quo fœmine repellantur. Quinto dicitur ſane mentis, quia notarius non debet eſſe furioſus, ſed omnibus beniuolus. Sexto dicitur videns & audiens, quia qui caret lumine vel non audit vel eſt mutus non poteſt eſſe notarius. Septimo dicitur integre fame conſtitutus qa

Infamis vel falſarius aut qui fidem non habet orthodoxam non poteſt eſſe notarius,cum officium tabellionatus ſit honor, & dignitas, a quibus repellitur infamis. Octauo dicitur habens plenam notitiam artis notariatus, quia ille deberet docere & non doceri. Iuxta illud turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum.

Cuius auctoritate conficiantur notarii Ca. vi.

Conficiuntur autem notarii ex poteſtate principis aut comitis Palatini,aut alterius cui nominatim comes poteſtatem concedit. Et iſte vbicunq; locorum artem notariæ poteſt exercere & maxime in terra principis. Sed notarius conſtitutus ab vniuerſitate, vel cõmunitate in ſuo municipio officium ſuum valet exercere,extra territorium ſuum pro notario non habetur.

Que ſunt ſeruanda a notario Ca. vi.

Debet autem tabellio ſiue notarius ſeruare omnia quæ ratione ſui officii in ſcriptis dirigat, ꝙ illa fideliter & caute ſcribat,& ſine cuiuſq; leſione, & præiudicio partium non mutando verba aut iuris ſubtilitati renunciet, & renunciationibus aliquid aperiat. Etiam debet reſeruare idem tabellio ſiue notarius vt tales adhibeat teſtes qui a iure non prohibeãtur ferre teſtimonium. Item in carta raſa non debet ſcribere inſtrumentum, vt radendo literam materia nõ auferatur. Item ſeruare debet, ꝙ faciat notam in prothocollo, & poſtea debet extrahere ex illo publicum inſtrumentum, ibi in principio ſemper debet ponere annum domini, & diem in qua celebrantur actus & nomen principis, ſcilicet ſicut apoſtolicus, vel imperialis,& indictionem,& nomina contrahentium, & teſtium in quorum præſentia ſit inſtrumentum, & locum in quo actus ſit, etiam nomẽ ſuum certum

debet opponere de quo dubitari non poſſit. Et debet vti quodam ſigno in fine ſubſcriptionis, & in margine extra inſtrumentum vel in principio inſtrumenti ante ſubſcriptionē.

¶ A quibus debet ſe abſtinere
Ca. vii.

¶ Debet enim ſe abſtinere notarius ne ſcribat aliqua falſa vel illicita inſtrumenta a iure prohibita ratione perſonarum vel rerum, aut mixta ratione perſonarum, vt ſi impubes aut furioſus vel ſimilis vellet facere inſtrumentum, notarius non debet conficere ratione rei, vt ſi res prohibita a iure alienaretur quādo non eſt commertium, vt liber homo res ſacra vt ad forum publicum ſicut res eccleſiaſticæ ſeruari poſſunt niſi in caſu, puta pro re aliena alienatis & quibus aliis tamen cum decreto iudicis. Ratione vero mixta, vt ſi impubes vel furioſus vellet legare in ſuo teſtamento rem cuius non eſſet commertium, vel liberum hominem vel ſacram rem vel filiam. Et ſi notarius talia inſtrumenta ſubſcripſerit irreuocabile exilii dannatione puniatur vel alia pena grauiſſima iuxta ſui cognitionem iudicii feratur.

¶ Quid ſit indictio Cap. viii.

¶ Indictio eſt ſpacium. xv. annorum ad habendum conſuetudinem Romanorum, quia indictio initium accepit a Rom. quando Romani ſibi totū mundum ſubiugarunt & ædictum facerent, vt oēs homines de qualibet prouincia triplicia tributa ſoluerēt propter terrarum in primum quinquennium in fine ſoluerent aurum ad donationis tipum & ſignum, In fine ſecundi quinquennii ęs & argentum ad fabricandum, argentum ad ſtipendia militum, & in fine tertii quinquennii ęs & ferrum ad fabricandum arma. Vnde dicebatur indictio aurea, argentea & fer-

rea,& ſic inſtituerunt Romani ꝙ nullum priuilegiũ & nulla conuentio ſcripta eſſet ſtabilis niſi haberet annum indictiōis annotatum,& hoc ne tributorum memoria ſoluendorum laberetur. Notãdum ꝙ nos in tribus vtimur indictione, ſcilicet in priuilegio, in cereo paſcali,& in dedicatione eccleſiarum. Et dicitur indictio ab indico as are, quod maxime ad pontifices pertinet. Vnde Edicunt reges, indicit feſta ſacerdos, Incipit autẽ titulus indictionis in Septẽb. quia tunc fit vbertas fructuum vnde poteſt ſolui tributum hoc potius intelligi debet extra Rom. Curiã quia annus domini & indictio in Rom. Cu in quolibet feſto natiuitatis domini renouabitur. Finis autem cuiuſlibet quinquennii luſtrum ab antiquis dicebatur,& eſt ſpacium v. ãnorum Et dicitur luſtrum a luſtro as are, quia in fine cuiuſlibet quinquennii quando tributa ſoluebantur ſolebant currere per Ciuitatem cum cereis & lampadibus magnum feſtum facientes. Finitis vero. xv. annis renouabitur Indictio vt prius. Item nota ꝙ indictio ſummitur æquiuoce, ſcilicet pro ſpacio xv. annorum, & pro quolibet anno. Sicut hoc nomen ſabbatum pro ſeptimana, pro quolibet die ſeptimane. Vnde verſus. Roma tributa dari rex pro quinquennia iuſſit. Et prius argentum poſt hæc induxit in aurum. Sic tria luſtra ſuo ſunt aſſignata tributo. Cum redit october indictio eſt noue ſemper. Quattuor atq; tribus illis prælibatis diebus. Et per quindenos numerando voluitur annus. Nota etiam verſus ad inueniendum Indictionem. Si per quindenos domini diuiſeris annos. Tres ſimul adiunges indictio ſit tibi primus. Si nihil excreſcet quindena indictio certet. Item Bern. diuidit annos domini per xi. & facit vt prius, quia. xi. fuit indictio quando Chriſtus naſcebatur.

¶ Quid ſit contractus Cap.ix.

¶ Contractus eſt duorum vel plurium beneplacitum & aſſenſus inſcriptus, & manu publica redactus, vel etiam obligatio hinc facta poteſt dici cõtractus.

¶ Quid ſit obligatio cap.x.

¶ Obligatio eſt iuris vinculum quo perſonæ obligantur aut aſtringuntur ad aliquid dandum, vel faciendum. Et nota ꝙ obligatio eſt triplex, ſcilicet, realis, perſonalis & mixta. Realis eſt quando res propriȩ obligantur. Perſonalis eſt quando ſtipulatio interuenerit. Mixta eſt quando res, & perſona ſimul ſe obligant. Item ſi fuerint duo rei debendi vel plures, & ſi vterq; inſolidum obligaret, vterq; ſecundum ius ad ſoluendum compellitur, & illa vocatur noua inſtitutio, etiam ſi fideiuſſor vnicus fuerit grauatus in aliquo, illi ſemper iura ſubueniunt. Conceſſum eſt enim fideiuſſori beneficium quadrimeſtre, vt non teneatur ſoluere ſi non poteſt a die termino ſolutionis præfixo poſt illum terminum tranſactis.iiii. menſibus dicatur.iiii menſibus, dicatur quadrimeſtre tempus. Item ſi fuerit duo vel plures fideiuſſores, tunc Adrianus imperator fecit vnam epiſtolam quæ continet, ꝙ quilibet eorum libenter partem ſuam ſoluere debet. Item in beneficio lex dedit vt prius in principali debitore, & ſi non habuerit vt ſatisfaciat tunc fideiuſſor incurritur Item emptio eſt verbum reale, & res dicitur empta.

¶ Quid ſit conſuetudo cap.xi.

¶ Conſuetudo eſt vnus vſus rationabilis longo tempore confirmatus nullo tempore incorruptus, ſed frequenti actu ſine contradictione inductus vel cuius iam non exiſtit memoria introductus ad alios actus vtentium comprobatus vel aliter. Conſuetudo eſt quoddam ius moribus inſtitutum quod pro lege

ſubſcribitur quando lex deficit. Conſuetudo quæ dannoſa eſt eccleſiis non poteſt ſtare.

¶ Quid ſit ſtipulatio Cap.xii.

¶ Stipulatio eſt interrogatio petitiua adiuncta reſponſione promiſſionis, vt ſi interrogatus dicit dabis, & dans reſpondis dabo tibi, & ſic facta eſt ſtipulatio. Et dicitur ſtipulatio a ſtipulo a um, quod eſt firmum quia ſtipulatio debet eſſe firma. Et notandum eſt quod ſocius pro ſocio poteſt ſtipulare, & filius pro patre, & frater pro fratre, & procurator pro impube, curator pro adulto, & ſeruus pro domino ſuo.

¶ De Teſtamentis Cap.xiii.

¶ Teſtamentum eſt quædam ſolennis ſententiæ voluntas cum inſtitutione hæredis, quia ſine hæredum inſtitutione non valet teſtamentum, in quo teſtamēto nemo poteſt legem imponere a quo recedere non licet, cum ambulatoris ſit voluntas vſq; ad exitum vię. Teſtamentum autem niſi teſtatore mortuo vires non habet. Item verus hæres teſtis eſſe non poteſt.

¶ De diuiſione teſtamenti Cap. xiiii.

¶ Teſtamentorum aliud in ſcriptis, & aliud ſine ſcriptis, ita ꝙ non fiat in ſcriptis, ſed in præſentia teſtium. Et dicitur teſtamentum nuncupatiuum ſicut ſunt prædicta duo teſtamenta, videlicet, quando coram tabellione & teſtibus nuncupatur hæres inſtitui ad ea quæ in teſtamento ordinantur, & non interuenerunt aliæ ſolennitates, & ideo dicitur ſine ſcriptis hoc eſt ſine ſolennitatibus, quod quidam faciunt & dicunt valere Et ſunt iſte ſolennitates ꝙ teſtator manu propria ſcribat ſi literatus eſt, vel ſi non poteſt, tunc alius ſcribat de eius licentia, & reſpondat ſeu offerat aliud coram. vii. perſonis literatis pro teſti-

bus rogatis,atq; requiſitis,dicens illud teſtamentum ſuum eſſe,quod offertur,non tamen refert,an illi teſtes ſciant quæ continentur in teſtamento,vel non,& ſint in eo ſcripta nomina hæredum, & prædictus teſtator, vel ille alius qui ſcripſit literas eius ſcribat in præſentia vii.teſtium,& in teſtamento quiſq; de teſtibus ſe ſubſcribat,& etiam vnuſquiſq; teſtium vno & eodem die ſigillum ſuum apponat. Sed ſi teſtes literati fuerint,vnuſquiſq; teſtiũ ſe propria manu vno & eodem die ſubſcribat,alias ſine illis ſolẽnitatibus teſtamentum non valet Quomodo vero hoc teſtamentũ fieri debeat,& in qua forma ſcribatur, & quo modo ponatur,omittitur hic, quia a conſuetudine noſtri temporis eſt alienum Fit etiam aliquando teſtamentum ſine ſcriptura, itaq; quãdo habetur tabellio,tunc teſtator aduocet ad ſe.vii,teſtes in ciuitate, aut in villa,& exponet eis teſtamentum ſiue diſpoſitionem ſuam,& hæredum ſuorum nominationem, & inſtitutionem,& rogat illos eſſe teſtes.Mortuo autem huiuſmodi teſtatore, tunc aliquis habẽs vim in teſtamento accedit ad iudicẽ ciuitatis,vel villæ narrando ſibi hoc,tunc iudex vocatis hæredibus legatarii,& fideicõmiſſariis,ſiue veniant,ſiue non, & committant alicui tabellioni teſtes ipſos ad notitiam teſtamenti, & ad perpetuam rei memoriam accipere. Et ipſi teſtes iurati apponant nomina eorum vnuſquiſq; ſigillatim, & interrogetur vnuſquiſq; de nomine,& ætate teſtatoris, de verbis eius quibus vſus fuerat in teſtamento ſuo, ſpecialiter ad hęredum inſtitutionem & de anno,die loco & teſtibus His examinatis legentur dicta teſtium coram iudice præſentibus a iis teſtibus, & tabellio de mandato iudicis publicet dicta teſtium,& tunc ſe ſcribat.

206

¶De his qui teſtari non poſſunt. Cap xv.

¶Iſti ſunt qui teſtari non poſſunt, & prohibentur a lege facere teſtamentum. Primo impube, vt maſculus minor. xv. annorum. Item filiusfam. non poteſt teſtari, etiam ſi conſentit, niſi de caſtrenſi vel quaſi de peculio de quibus etiam præter patris voluntatem teſtari non poteſt. Item mancipatus vel furioſus nõ poteſt teſtari, quia furioſus eſt. Itẽ de prodigo cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta. Item mutus & ſurdus etiam ſi ſciat literas non poteſt facere teſtamẽtum ſuum. Item dãnatus ad mortem, aut moriatur, aut efficiatur ſeruus pene. Item qui dubitat de ſtatu ſuo vtrum ſit ſeruus vel liber aut paterfamilias. Item qui dari obſides pro captiuis Populi Roman. Item qui eſt dannatus de crimine famoſo. Item monachus vel etiam canonicus regularis Item hereticus vel qui commiſerit crimen leſe maieſtatis. Item cæcus non poteſt teſtari, niſi habita quadam ſpeciali cura ſolemnitatis, qui vbi verſatur malus periculum, ibi adhibeatur maius conſilium. Item nota heredes inſtituere eſt aliquem poſt mortem ſuam in locum ſuum ponere, & in omnibus ſuis bonis dominum ſtatuere. Item heres qui ſuccedit ad bona defuncti.

¶Quid ſit codicillus. Cap. xvi.

¶Codicillus eſt quædam diſpoſitio vltime voluntatis, ſiue heredum inſtitutio. Et poteſt fieri multis modis. Aliquando fit codicillus ante teſtamentum, & tunc de teſtamento ſequenti faciẽda eſt mẽtio pręcedentis codicilli Quãdoq; vero codicillus fit poſt teſtamentum, & poſt alium ſeu alios codicillos quia plures codicilli poſſunt fieri ab vna perſona, & tunc facienda eſt mentio non ſolum de teſtamento, ſed etiam de pluribus codicillis præcedentibus.

Aliquando etiam fit codicillus nullo præcedenti vel ſequenti teſtamento & valet.

¶ De forma codicilli Cap. xvii

¶ In nomine domini amen. Ego Io. &c. talis dio. tali die. &c. propria & ſpontanea mea voluntate licet egrotans corpore tamen ſciens in mente in præſentia talis, &c. ſpecialiter a me rogati codicillum facio, in quo principale meum teſtamentum per manus eiuſdem notarii confirmo atq; præcipio q vxor mea enim habeat de bonis meis ſuper quas in meo teſtamento reliqui domum meam, & dominus Io. filius meus liberos quos ego reliqui confratribus ſuis omnibus relictis & legatis mei teſtamenti prædicti Quem quidem codicillum perpetuum & firmũ habere volo contra quem ſiquis filiorum meorum venire præſumpſerit, dabit alio obſeruanti perpetue vnum florenum, vel hic codicillus perpetue non manet firmus. & illa forma codicilli fit poſt teſtamentum & nulli poteſt facere codicillos niſi quibus ſupra præmiſſum eſt facere teſtamentum.

¶ Qualiter differunt teſtamentum & codicillus. Cap. xviii.

¶ Item differunt teſtamentum & codicillus, quia aliquando in teſtamento fit indirecta inſtitutio & hæreditatio, in codicillo autem niſi pro fidei commiſſione, vt ille qui fuit hæres ab inteſtato hæreditatem alteri reſtituat, vt ſupra in prima forma codicilli. Sed in condicillo non poteſt fieri ſubſtitutio a teſtatore, nec aliqua condicio apponi quæ nocet hæredi inſtitutioni. Item in teſtamento requiruntur regulariter. vii. teſtes rogati. ſed in codicillo ſufficiunt. v. etiam non rogati. Item poſterius teſtamentum tollit primum ipſo iure, & non poteſt quis docere de duobus teſtamentis relictis q vtrunq; valeat. Poſte-

rior autem codicillus non rumpit primum niſi ex‑preſſe contradicat ei, & non poteſt quis credere plu‑ribus codicillis ſibi contradicunt.

¶ De teſtibus in teſtamento Cap. xix.

¶ In teſtamento requiruntur regulariter. vii. teſtes qui ſunt præſentes ꝙ debēt rogari. Sed ille qui ſcri‑bit teſtamentum in numero vii. teſtium computa‑tur Etiam poſſunt cōputari in eodem numero lega‑tarii qui præſentes ſunt & hoc eſt verum niſi eſſet quæſtio inter hæredes & legationes, tunc legatarius non poteſt eſſe teſtis in iſta cauſa. Tutius tamen eſt, ꝙ opponantur alii teſtes ſi haberi poſſunt. Item in teſtamento cæci, & in villis ſufficiunt. v. teſtes ſi plu‑res non poſſunt haberi. Item in teſtamento iſtorum militum qui pro ſalute Romani imperii iurauerunt ſe nō iudicaturos mortem, aliquando ſufficiūt duo teſtes, aliquando vnus teſtis. Item in teſtamento con dito in præſentia imperatoris & precibus porrectis vt audiant nullus teſtis requiritur. Item in teſtamen to prohibentur eſſe teſtes mulieres & hermofroditi, impubes, furioſi, muti, & ſurdi, & cui bonorū ſuoꝝ adminiſtratio interdicta eſt, & ſeruus qui omnium opinioni tunc temporis non habetur liber, & om‑nes qui ſunt in poteſtate teſtatoris. Item hæres ſcri‑ptus & in cuius poteſtate eſt hæres, & quem habet hę res in poteſtate vt ſupra.

¶ Quando teſtamentum non valet Ca. xx.

¶ Attendendum eſt igitur ꝙ ſi contra ea quæ ſupra ſcripta ſunt faciat inſtrumentum ſcriptum vel condi tum non valet talis nota. Valet ſi teſtator nec ſcribe‑re nec artificialiter loqui poteſt, quia tunc mortuo ſi milis eſt, & in huiuſmodi teſtamento falſitas com‑mittitur. Item debet recitari & tradi teſtamentum vno & eodem contextu, ita ꝙ nullus alius actus po‑

poſtea ponatur niſi medicaminis de neceſſitatis cau ſa. Item neceſſitatis cauſa Item ſi rumpitur teſtamen tum ſolum quo ad adminiſtrationem, ſcilicet in le gatione filium perſonaliter, quia ita intelligitur in filio nato præterito. Dicitur autem poſthumus qui naſcitur poſt obitum patris. Item rumpitur teſtamẽ tum primum dum aliud ab eodem teſtõre legitime factum appareat. Item non valet ſi nemo eſt inſtitu tus heres. Item ſi imperfectum abolitum cancellatũ vel in aliqua ſui parte vitioſum.

¶ Qualiter parentes poſſunt exhere dare pueros. Cap. xxi.

¶ Sciendum eſt ꝙ. xiiii. ſunt cauſæ propter quas pater & mater auus & auia poſſunt exheredare pue ros filios & nepotes. Prima eſt cum filius iniecerit manum violentam in patrem aut matrem aut eum offenderit. Secunda cum magnam iniuriam patri fe cerit. Tertio ſi accuſauerit patrem in criminalibus de crimine leſe maieſtatis, vel de offenſa reipub. ciui tatis tamen in his duobus licite non poteſt fieri ex heredatio filii. Quarta ſi filius maleficus fuerit factus ſeu cum maleficis conuerſatur. Quinta ſi filius ma chinatur in mortem patris. Sexta ſi filius calumnio ſe mouerit litem patri in qua lite fecit patrem g. ui a damna ſuſtinere. Septima ſi filius rogatus in car cere ob debita intruſo patre fideiubere pro eo no luerit. Octaua ſi filius prohibuerit patrem teſtari. No na ſi filius eſt ioculator contra voluntatem patris, niſi pater habuerit eandem profeſſionem Decima ſi filius non conſentiat patri volenti eum honeſte do cere ſecundum patrimonium viri, ſed potius vult cũ filia luxuriari. Vndecima ſi filius concubine patris ſui ſe immiſcuerit. Duodecima ſi filius patrẽ negle xerit furioſum, in quo caſu filius ipſe exhereditãdus

eſſet. Decimatertia ſi filius patrem a ſarracenis libera re noluerit & pater in captiuitate moriretur hæredi tas ad eccleſiam ſpectat Decimaquarta ſi filius eſſet hereticus, pater vero catholicus.

¶ Quando filii poſſunt exhereda- re parentes Cap xxii.

¶ Viſi autem de cauſis quibus parentes, poſſunt ex heredare pueros, ſic etiã filii parẽtes. & nepotes auũ & auiam, & ſunt vii. caſus. Primus quando pater fi lium accuſauit de crimine excepto crimine leſe ma- ieſtatis. Secundus ſi pater filium per venenum vitæ ſuæ inſidiatus fuerit Tertius ſi pater vxori filii ſui ſe immiſcuerit vel concubine. Quartus ſi pater prohi- buit filios teſtari de his qbus teſtari poſſunt. Quin tus ſi pater non egit curam filio faciendo ſibi mede- lam. Sextus ſi pater filium a ſarracenis captum non redimeret, & filius moriretur in captiuitate, tũc bo na filii debent dari pro redemptione captiuorũ. Se ptimus ſi pater eſt hereticus, & filius eſt orthodoxus.

¶ De inſtrumento emancipationis Cap xxiii.

¶ In nomine domini, amen. Dominus enim talis co ram præſentia iudicis domini Epiſcopi ſi eius fili- um ibidem præſentem a ſe mancipauit, & poteſtate ſui patris eum relaxauit, nec nõ a ſua manu & pater- ni exilii poteſtate penitus exemit & dimiſit eundẽ, ita ꝙ ſine patris poteſtate extunc teſtare agere cõtra- here & ſingula tam in iudicio q̃ extra facere libere ꝙ quilibet paterfami. ſui iuris exiſtens facere poteſt In qua quidem emancipatione eius dedit & tradidit ipſi vnam domum poſitam in loco vel vico talis cõ finis, & cum eius occaſiõe ſibi ad ipſam rem, aut ipſi rei pertinenti conſtituens ſe ipſam rem poſſidere no mine prædicto quo vſque ipſius rei poſſeſſionem acceperit corporalem ſua auctoritate a retinen-

te deinceps & licentiam dedit, promittens ſe vel ſuos hæredes dicto eius filio emancipato pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulati prædictam emancipationis donationem, & omnia & ſingula ſupraſcripta recte & firme tenere & contra ea non facere vel venire aliqua ratione vel cauſa de iure vel facto ſub obligationum omnium bonorũ ſuorum. Quibus omnibus ſic peractis iudex ſuam manum & cõmunis ciuitatis auctoritate interpoſuit decretum. Nota etiam ꝙ auus nepotem a filio emancipare poteſt, cum illum habeat in poteſtate ſua Aut ſi ipſe Nepos natus aut conceptus erat anteq̃ pater eſſet emancipatus. Et illud ꝙ dictum eſt de nepote intellige etiam de nepte.

¶De donationibus Cap. xxiiii.

¶Nota ꝙ donatio excedens quingentos aureos debet præſidi & donatori inſinuari, & fieri coram eo & a præſide confirmari. Alias cui ſit donatio non remanet. Nota etiam ꝙ debet fieri donatio præſente donatore vel eius procuratore recipiente & ad illud ſpecialiter conſtituto. Item ꝙ donatio inter virũ, & vxorem, patrem & filium non valet, niſi morte confirmaretur, id eſt, ꝙ non poſſit reuocari etiam q̃diu viuet. Item nota ꝙ ſecundum leges ad minus tres teſtes cum notario inſtrumento poni debent. Sed in cognitione debiti quinq; teſtes ſunt neceſſarii. Sed ſecundum canones duo teſtes ſufficiant etiam in vltimis voluntatibus ad pias cauſas.

¶De forma teſtatoris in teſtamento Cap. xxv.

¶Item nota ꝙ teſtator in diſponendo res ſuas debet eſſe ſane mentis quia ordinatio ſiue diſpoſitio rerum ſuarum eſt triplex. Vna dicitur teſtamentum. Alia dicitur codicillus. Et licet iſte due ordinationes vltime voluntates vocentur, Tertia tamen principaliter de iure vltima voluntas nuncupatur. Nota

etiam ꝙ in teſtamento ſolenni tria ſunt neceſſaria. videlicet, hæredum inſtitutio, numerus. vii. teſtiũ qui ſunt rogati a teſtatore, & tabellio ſufficiens ad conficiendum inſtrumentum. Vno ex his deficiende teſtamentum non valet. Codicillus autem idem ſonat ſicut legatum vel relictum. Vnde vltima diſpoſitio continet quaſi tres omnes codicillos. Legata, vel relicta totum dicitur codicillus. Ordinationes vero quæ valere non poſſunt vt teſtimonium, poſſunt fauore iuris valere, & in his codicillis ſiue ordinationibus aut diſpoſitionibus ſufficiat quinq; mares ſiue fœmine. Diſpoſitio autem vltima non poteſt aliquando probari niſi per. vii. teſtes rogatos, & vocatos, prout teſtamentum. Nec etiam per. v. teſtes vt codicillus. Alia poſſunt probari per duos, vel tres vt ſupra, & hæc vltima voluntas vocatur.

¶ De arbitrio & eius forma.
Capi. xxvi.

¶ Arbitrer non debet ſacramento conſtringi ſeu cõpromitti. Quandoq; etiam compromittitur ad arbitrium, & quãdoq; ad amicabilem compoſitorem. Hii autem differunt, quia arbitrer tenetur tantum examinare & per ſententiam diffinire. Compoſitor autem amicabilis poteſt de queſtionibus inquirere in factis inquiſitionis altercationis, & abſq; iuris ordine ſeruato componere quæſtiones arbitrio boni viri, Sed arbiter poteſt procedere ſecundum ordinem iuris & conſenſum partium prout æquum ſibi videbitur per ſententiam determinare. Item nota ꝙ actio eſt ius proſequendi iudicio & ſibi debetur. Item ꝙ interueniente fraude factum eſt de iure perficere non debet. Item ſuperflua non viciant inſtrumentum, vel vnum verbum bis vel plures poſitum ſiue verba idem ſonantia vitium non faciunt minus

rectum. Item ſi res vendita tradi non poteſt liber emptori, venditor dannum emptori non tenetur. Item nota ꝙ bona mariti ſunt obligata vxori pro dote. Et hæc dicta ſufficiant.

FINIS.

CASVS PAPALES.

PRIMVS caſus Papalis eſt in illo qui percutit enormiter Clericum, vt probatur. xvii. q. iiii. c. ſi quis ſuadente. Si autem eſt leuis percuſſio Epiſcopus abſoluit, vt in. c. peruenit de ſentẽtia excommunicationis.

¶ Secundus eſt in eo qui comburit eccleſias, vel eas infringit qui poſtq̃ denunciatus eſt abſolutio pertinet ad ſolum Papam, vt de ſen. excom. c. conqueſti. Item idem eſt de quocunq; alio incendiario ſi forte excõmunicetur vel publicetur, vt de ſen. excõ. c. tua.

¶ Tertius eſt in illo qui falſificat literas S. D. N. Papæ, vel falſis ſcienter vtitur. de cri. fal. c. cura. &. c falſariorum.

¶ Quartus eſt in illo qui excommunicatus eſt a delegato Papæ qui non poteſt abſolui per aliquem niſi per ſolum Papam, vel delegatum Papæ, de ſen. excom. c. ſignificauit.

Quintus eſt in illo qui participat cum excommunicato a papa, qui non poteſt abſolui niſi per papam quod intelligitur de participatione in crimine propter quod talis eſt excommunicatus.

Sextus eſt in illo qui participat in oſculo, vel aliis ei

qui excommunicatus eſt per Papam cum participãtibus, quoniam iſte talis ab illo debet abſolui qui ſententiam tulit.

¶ Septimus eſt in clerico, qui ſecundas nuptias benedixit. de. ſe. nup. c. l. Sed an iſte caſus ſit papalis, vel Epiſcopalis dubitant multi.

¶ Octauus eſt in perſecutoribus Cardinalium qui graues, & multas penas incurrunt, vt habetur in. c. fœlicis de pe. lib. vi.

¶ Nonus eſt in eo, qui dat licentiam grauandi eos qui tulerunt ſententiam excommunicationis, ſuſpẽſionis, vel interdicti. vel eos in ſuis perſonis, vel bonis, vt de ſen. excom. c. quicunq; lib vi.

¶ Decimus eſt in eo, qui corpus defuncti incendit, vel decoquit. pro oſſibus transferendis, in extraua. Boni. viii. de teſt.

¶ Vndecimus eſt in inquiſitoribus hereticorum, ſi odio vel gratia amore, vel lucro contra iuſtitiam, vel conſcientiam omiſſerint contra quempiam procedere, vel ipſam hereſim alicui imponere, vt habetur in cle. de hereti. c. multorum.

¶ Duodecimus eſt de religioſis, qui abſq; ſpeciali licentia parrochialis preſbyteri ſolemnizãt matrimonia, aut miniſtrant ſacramenta, veluti euchariſtiæ, aut extreme vnctionis. Sufficit tamen licentia parochialis clerici, etiam ſi nondum eſt ſacerdos. Similiter etiam licentia illius vicarii, qui gerit ordinariã curam illius Eccleſiæ. Item ſufficit licentia dioceſani vt no. Io. And. de priui. reli. in cle. Item excommunicati ſunt religioſi, qui excommunicatos a canone abſoluũtur in caſibus non conceſſis, aut abſoluũt a ſententiis per ſindonalia ſtatuta ſiue prouincialia promulgatis, aut abſoluunt a pena, & a culpa. de penis. c ſi quis in cler.

¶ Decimus tertius eſt de perſecutoribus Epiſcoporū vel qui eos faciunt exiliari, ſeu procurāt illos ad proſequendum vel carceri tradunt aut qui præcipiunt hoc fieri vel tribuunt auxilium conſilium vel fauorē ad hoc faciendum.

¶ Decimus quartus eſt de religioſis vel clericis inducentibus ad vouendum vel promittendum vel iurandum de eligendo ſepulturam apud eos, & vltimā iam electam vlterius non immutent, vt habetur in cle. de penis c cupientes.

¶ Decimus quintus eſt de his qui cogunt celebrari ſibi in loco interdicto vel ad audiendum inuocant excommunicatos vel interdictos, vel prohibēt eis ne moniti exeant & de illis qui moniti non exeunt, vt habetur de ſent excommu. c grauis in cle.

¶ Decimus ſextus eſt de his qui ferunt ferrum arma, & æquos ad impugnandum chriſtianis, vel alia neceſſaria deferunt, vel tranſmittunt, ſeu galleas vel naues vendunt, vel in piraticis Sarracenorum nauibus gubernationem exercent vel impendunt conſilium, vel auxilium in diſpendium terræ ſanctæ, vt habetur de Iude. c quorundam, &c. liberandam. Et iſte caſus eſt papalis per extra. Boni. viii. quæ incipit cōtra illos.

¶ Decimus ſeptimus eſt in piratis qui ore papali excommunicantur, vt no. ſo An. in c. excommunicationum. de rap.

¶ Decimus octauus eſt de eo qui abſolutus propter mortis articulum, vel alıud impedimentum ab eo a quo alias abſolui non poterat, ſi ceſſante impedimēto non ſe præſentat cum ſe commode poterit, ei a quo prius abſolui debebat, in eadem ſententia qua ligatus prius erat ab homine vel alias a iure reincidit ipſo facto, vt in c eos de ſen. excom. lib vi. Pone exē

211

plum de alio impedimento, videlicet, vt ægritudo, vel inimicitiæ capitales, vt not. glo. in. c. religioſo. de ſen. excom. lib vi. Et iſte caſus eſt papalis, ſi talis abſoluendus erat a Papa.

℄ Decimus nonus eſt in abſoluto a Papa, vel eius pe nitentiario de ipſius ſpeciali mandato qui ſe debet alicuius conſpectui præſentare Nam reincidit ſi hoc non faciat, vt in præcedenti caſu dictum eſt in dicto c. eos. de ſen. excom. lib vi.

℄ Vigeſimus Imperator, Rex, vel Principes, Dux, Marchio, vel comes aut Baro. vel aliquis alius notabilis præeminentiæ dignitatis vel poteſtatis. Frater filius vel nepos ipſorum, qui ad terminum vel in perpetuum nominatur eligitur vel aſſumitur, in Rectorem vel Senatorem vrbis Romæ quocunq; nomine vocetur ipſa rectoria & quicunq; alius qui vltra annum ad huiuſmodi regimen aſſumitur præter Sedis Apoſtolicæ licentiam, omnes prædicti in literis ipſius Sedis exprimendi, & conſentientes ſuæ nominationi, electioni, vel aſſumptioni, & eos taliter nominantes, eligentes, vel aſſumentes, & eis obedientes auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, ſunt abſoluendi per Papam, vt de elec c. ꝙ ſi quis lib. vi.

Vnde Verſus.

Per Papam, clericum feriens, falſarius, vrens.
Soluitur, & quiſquis audet cantare ligatus,
Simon qui fuerit, nec fallit regula talis.

Nota tamen ꝙ omnis percutiens clericum tenetur ire ad Papam, vt patet per ſequentes verſus.

Percutiens clericum Romam petat, excipiuntur.
Vt puer, atq; ſenex ęgrotus, fœmina, pauper,
Et clauſtralis, habens inimicos, & hoſtia ſeruans.

FINIS.

Digitized by Google

INCIPIVNT CASVS Epiſcopales.

SCIANT Sacerdotes, ꝙ licet in priuata poenitentia pro occultis delictis regularem poſſunt imponere poenitẽtiam, ut habetur in c. preſbyteri xxvi. q. I. Regulare enim eſt, ꝙ ipſi cognoſcere poſſint de omnibus criminibus occultis, vt in. c. ſi peccauerit. II. q. I. Sunt tamen etiam certi caſus de quibus cognoſcere non poſſunt immo de talibus criminibus oportet eos neceſſario remittere confitentes ſuos ad ſuperiorem prælatum, id eſt, Epiſcopum. Et iſti caſus dicuntur Epiſcopales, & ſunt iſti qui ſequunt quos nominat Hoſt in ſum̃. de peni & re. §. IIII. ver. cui confitendum. Not eos latius ſpecula. in IIII parte circa ſi de pe. & re. §. vi. ver. priuata aũt.

¶ Primus caſus Epiſcopalis eſt in illo qui cognouit carnaliter monialem conſecratam, vel non conſecratam virginem, vel non virginem, vel forte ſi mulier coiuit cum religioſo dum non ſit loco ſacro quia tunc eſſet papalis.

¶ Secundus eſt in eo qui verberat patrem vel matrẽ ſcilicet ex caſu, ſed ſi ex certa ſcientia abſolutio ſpectat ad ſolum papam.

¶ Tertius eſt in eo, qui deflorat virginem fraudulenter, ſed ſi violenter malitioſe, & vi abſolutio ad ſolum papam ſpectat.

¶ Quartus eſt in eo, qui mortem coniugis machinatur.

¶ Quintus eſt in eo, qui abutitur Chriſmate, vel eucharistia, vel alia re ſacra, aut facit furtum in eccleſia, & etiam in illo clerico, ex cuius negligentia hoc contingit.

¶ Sextus eſt in eo qui baptizauit proprium filium vel eum ad baptiſma, vel confirmationem tenuit.

¶ Septimus eſt in eo qui facit votum caſtitatis, & poſt votum contrahit cum aliqua, vel aliqua cum aliquo.

¶ Octauus eſt in eo, qui contrahit vel continet, ſeu religionem intrat in vita vxoris, ſeu per carnalem copulam.

¶ Nonus caſus eſt in illo malefico, qui confitetur ſe credidiſſe heretice prauitati.

¶ Decimus eſt in ſimoniaco ſub quocunque genere ſimoniæ fuerit ſimoniacus quo ad abſolutionem, non quo ad diſpenſationem, quæ ad ſolum papam ſpectat.

¶ Vndecimus eſt in illo, qui excommunicatus eſt ſolenniter celebrat in Eccleſia, quo ad abſolutionē.

¶ Duodecimus eſt in illo q per ſaltū eſt promotus.

¶ Decimus tertius eſt in eo, qui ordinatur ab alieno Epiſcopo ſine licentia ſui proprii Epiſcopi.

¶ Decimus quartus eſt in homicida, ſiue in verbo, ſiue in conſenſu, vel ſe defendendo, vel dormiendo, vel ſi occidat furem vim facientem, vel ſi homicida fuerit infantis.

¶ Decimus quintus eſt de committente luxuriam in eccleſia maxime conſecrata

¶ Decimus ſextus eſt in eo, qui coit cum Iudea, vel ſarracena.

¶ Decimus ſeptimus eſt in muliere quę concepit ex alio viro, & vir ſuus credēs cū ſuū propriū filiū eſſe, inſtituit eū heredē in aliorū pręiudiciū & grauamē.

¶ Decimus octauus eſt in illo, vel illa, q vel qui procurat abortū, vel ſterilitatem, ſiue in ſe, ſiue in alia.

¶ Decimus nonus eſt in eo q eſt excōicatus a iudice, & eccleſiā exire tenuis, ſed diuinū officiū impediens.

Vigeſimus eſt in eo qui cõtrahit matrimonium poſt ſponſalia contracta cum alia, vel iuramento interpo ſito in contractu.

Vigeſimuſprimus eſt in eo qui ſcienter celebrat in lo co interdicto, ſiue in publico ſiue in ſecreto.

Vigeſimuſſecundus eſt in eo qui eſt ſortilegus, videlicet, in illo qui inuocat demones pro furtis, vel mulieribus vel aliis rebus, licet aliqui extendant iſtum caſum ad exeuntes in ſacris ordinibus.

Vigeſimuſtertius eſt in illo qui ſcienter & publice ſepelit corpus alicuius excommu. in cimiterio.

Vigeſimuſquartus eſt in illo qui excommunicatus eſt a canone in caſibus in quibus Epiſcopo poteſt abſolui.

Vigeſimuſquintus eſt in eo qui eſt irregularis.

Vigeſimuſſextus qui contraxit matrimonium clandeſtine.

Vigeſimuſſeptimus caſus eſt in eo qui eſt criminoſus publicus, vel blaſphemator.

Vigeſimuſoctauus eſt ſi Epiſcopus audiuit confeſſionem de aliquo peccato, inferior clericus non habet talem abſoluere, ſed debet ipſum ad Epiſcopum mittere.

Vigeſimuſnonus eſt de illo vel illa qui vel qui opprimit filios ſuos ſtudioſe vel negligenter.

Trigeſimus eſt in eo qui committit ſacrilegium, vel incendium.

Trigeſimuſprimus eſt in illo qui committit crimen falſi, ſiue in literis, ſiue in teſtimonio commiſſum. Et quod dico de literis intelligo non papalibus, quia ille caſus eſt papalis.

Trigeſimuſſecundus eſt in eo qui violat eccleſias, & libertates, & immunitates earum.

Trigeſimuſtertius eſt in eo qui committit peccatum

contra

cõtra naturã, vt puta ſi vir virũ cognoſcit, vel brutũ, vel ſi abutitur membro mulieris ad hoc nõ cõceſſo.

¶ Trigeſimus quartus eſt in illo, qui committit inceſtum, vt ſi cognoſcat conſanguineam perſonam.

¶ Trigeſimus quintus eſt in illo, qui eſt periurus, licet aliqui volunt illum extendere de periurio pueri qui eſt infra ſacros ordines.

¶ Trigeſimus ſextus eſt de illo clerico, qui cognouit carnaliter illam quam baptizauit, vel illam cuius cõfeſſionem audiuit.

¶ Trigeſimus ſeptimus eſt de illo, qui excommunicatus eſt ab epiſcopo, qui non poteſt abſolui per aliquem inferiorem clericum

¶ Trigeſimus octauus eſt in illo, qui eſt vſurarius publicus.

¶ Trigeſimus nonus eſt in illo, qui celebrat miſſam in altari non conſecrato, vel celebrat ſine indumentis ſacris vel ſi celebrat non ieiunus.

¶ Quadrageſimus eſt in illo, qui non reſtituit ablata, vel ſubtracta, vel alia illicite acquiſita.

¶ Nota ꝙ ſi epiſcopus committat alicui ſacerdoti vices ſuas in caſibus in quibus Epiſcopus habet poteſtatem talis ſacerdos poteſt iuriſdictionem exercere in omnibus caſibus præter quinq; qui ſequuntur

¶ Primus eſt vbi pœnitẽtia ſolẽnis eſt imponenda.

¶ Secundus eſt quia ſacerdos nõ poteſt abſoluere ab excommunicationem in caſu quo Epiſcopus poſuit limitationem, niſi ſpecialiter ei committat.

¶ Tertius eſt vbicunq; inuenerit irregularitatẽ contractam, tunc enim debet eum remittere ad Epiſcopum, vel ordinarium.

¶ Quartus eſt de incendiariis.

¶ Quintus ſi eſt de conſuetudine alicuius diocœſis, ꝙ certa crimina remittantur.

L

DIſpenſant Abbates cum ingreſſo religionem, vt ad ordines in monaſterio, & eccleſiis ſubiectis monaſterio promoueantur ſic no do Co de.ſi preſ. In gloſa quæ incipit. At nota & in tex. ſatis probatur in.ver.vbi monachi &c.

¶ Diſpenſant Abbates cum monachis ſui monaſterii circa eſum carnium, vt de ſta mo.cum ad monaſterium & de conſe.di.v.carnem.

¶ Diſpenſant Abbates cum monacho vel conuerſo profeſſo conſtituẽdo ſibi cellam ſpecialem.xx.q.vlt. monachum.

¶ Diſpenſant Abbates cum monaco qui ſuum ordinem recipit furtiue, de eo qui fur.or.reci.cum.b.

¶ Diſpenſant Abbates monachum licẽtiando vt ad aliam religionem tranſeat, de regu, licet. vel ad equalem iuſta de cauſa.

¶ Ad minorẽ nõ poſſet. Et ita debet intelligi decre. & no.de hoc de regu.non eſt. in glo quæ incipit. Et merito.

¶ Diſpenſant Abbates cum monacho qui eſt excommunicatus pro iniectione manum in clericum violenta ſe fecit ordinari propter ius ſecundum ꝙ traditur de ſen.excõ.cum illorum in ſi.

¶ Diſpenſant Abbates cum monacho qui mutauit habitum, & in alio monaſterio ſine licentia ſui Abbatis fuit ordinatus, & no per di.Goff. de tẽpo.or. ex parte. In glo.quæ incipit Ideo.

Finiunt caſus Papales Epiſcopales & Abbatiales.

ENCHIRIDION IVDICVM ECCLESIASTICORVM.

Notabile Primum.

CAPITVLVM, Eſt quoddã corpus, quod ex multis conſtituitur, & caret anima. Iſta eſt diffinitio Fely. in capitu. eam te col. xii. de reſcrip.

Notabile II.

COllegium quid ſit, declarat Archidiaconus in c. deliberatione in verbo, collegiatas. de offi. lega. in ſexto, vbi dicit quod eſt collectio hominum ſimul in vnum viuentium.

Notabile III.

ET omne collegiũ ſiue vniuerſitas conſtituit vnum corpus, cuius prælatus dicitur caput, & alii mem bra, tex. eſt, & ibi Abb. in cap nouit. de his quæ ſi. a præla ſine conſen. capi. Ita confirmat Franciſcus Paulinus in præludio quinto ſui tract. de aucto. capi. ſe. vacan. in prin.

Notabile IIII.

ET ſufficiunt ad faciendum collegium Eccleſiaſticum duo tantum Ita concludit Abb. in c. i. col. ii. verſicu. in gloſſa prima. de elect. Iſtud idem tenet Cardina. in cle. & ſi principalis. in xiiii. q de reſcrip. Refert & ſequitur Frãciſ. Paulinus in præludio quinto ſui tracta. de auctori. capitu. ſe. vacan. fo. x. vbi concludit, quod duo ſufficiunt ad faciendũ collegium eccleſiaſticum ſecularium clericorũ, ſiue conuentum religioſorum.

Notabile V.

IN collegiatis eccleſiis, ille q eſt caput & prælat. eccleſiæ vel collegii electus ab ipſo collegio, & ab epiſcopo cõfirmatus, t. lis habet preeminẽtiã et iuriſ

diſtionem ſuper eligentes eum,& ſibi tanquam præ-lato eorum obedire tenentur. Ita eſt concluſio domi norum de Rota deciſ.clxxiii. Incip. de theſauraria. ti.de præben.in nouis & Fely. in cap.ex parte deca-ni. col.ii.in princip.de reſcript.Idem tenet Gemy.in cap.i.col.ii.verſi ex his deciditur. de conſuetu.in ſe xto. dicens quod illi qui præficiuntur eccleſiis collegia-tis,& ipſi ſunt caput, & habent præeminentiam, & iuriſdictionem in canonicos eccleſiæ, & illi tenentur ſibi,tanquam prælato eccleſiæ,obedire.

Notabile VI.

IN collegio debet prælatus ſeu præſidens cauſam congregationis illius,negotiaq; pro tempore oc-currentia proponere, ac ſuffragium a quolibet ſuper huiuſmodi deliberandis, petere, prout tradit Spec. in tit.de locat § ſequitur verſi & ſcias. Et quod de-liberatum fuerit concludere,iuxta ſententiam. Abb. in c quanto col ii. verſi tertio quæritur. de conſue. vbi dicit quod perfectio actus reſeruatur ſuperiori,& ita ex generali conſuetudine obſeruatur.

Notabile VII.

APud illum,qui eſt caput Collegii, Sigillum re-manere debet, prout tradit do. Chaſſeneus in prima parte ſui catalogi gloriæ mundi. xxxviii.con ſideratione in.i.concluſione, per tex.in ratione ſui, in cap.dilecta de exceſ. præla.

Notabile VIII.

QVI dignior eſt primo votum dare debet, pro-ut dicit Præpoſi.in ca epiſcopos. xviii.diſt. col.ii Ita refert & ſequitur Chaſſe.in prima parte ſui catalogi gloriæ mundi xix conſideratione vbi ſubdit quod quando vna res eſt communis in-ter plures,& nō poteſt ſtare,niſi penes vnum, vt ſunt tabulæ teſtamenti,ſeu aliud inſtrumentum,dignio-

rí eſt concedenda, vel apud Seniorem deponenda.

Notabile I X.

ILli, quibus aliquis præeſt, dicuntur ſubditi illius, vt in.c. teſtes.II. q. vii. & cap. olim idem. xxv. diſtinct. Similiter monachi poſſunt dici ſubditi Abbati eorum, & idem poteſt dici de ſecularibus reſpectu prælatorum ſuorum, ſecundum Abb. in cap. ad noſtram, in ii not. de appella.

Notabile X.

ILli proprie dicuntur prælati, qui habent ordinariam iuriſditionem, late autem, qui habent præeminentiam ſine iuriſditione, vt ſunt plebani latiſſime vero dicuntur preſbyteri, qui habent curam animarum. Ita declarat Decius in ca. decernimus. xx. col. de iudi. vbi conquutiue col. vi. ſubdit, ꝙ dicendum videretur de prælatis, ſicut de præpoſitis. Nam præpoſiti dicuntur qui aliis præſunt, tamen ex communi vſu dicuntur qui quandam curam prioratus ſuper alios gerunt, vt in ca. quamuis. de verbo. ſigni. & quod idem videtur eſſe in prælatis prælati enim dicuntur, qui aliis præferuntur, ex communi tamen vſu dicuntur viri eccleſiaſtici, qui ante alios auctoritatem, & præeminentiam habent. Et nō ſolum epiſcopus dicitur prælatus, ſed pleriq; alii citra eum. not Abb. in cap. ii. in i. no. de dona. pro quo facit tex in c. quia nonnullis. vbi no ꝙ quælibet collegiata eccleſia habet ſuum proprium prælatū, de magiſt.

Notabile X I.

OBtinentes dignitatem, perſonatum, vel officium in eccleſia ſiue canonicatu, non debēt habere vocem in Capitulo, niſi ex conſuetudine vel priuilegio ſeu alio iure ſpeciali hoc eiſdem competat, ſecū dum Abb. in. c. cum olim. col. iii. circa fi. de re iudi. vbi dicit ſubſequenter, quod habentes duntaxat ius ca-

noniæ habent vocem in Capitulo, hinc eſt ꝙ Deca-
nus eſt de Capitulo, ſi alias eſt canonicus, vel hoc ha-
beat conſuetudo, alias autem ſoli Canonici faciunt
capitulum. not. Abb. in. c. cum inter vniuerſas, in l.
nor. col. i. de elect, & in. c. Scriptum. col. iiii. eo. ti. in
princip. Ita cõfirmat glo in verb collegiũ, de elect.
In pragma. ſanctio quod tamen limita ut eſſe actũ
In voce quam Decanus ſeu præpoſitus capituli con-
tenderet habere iure collegii, quia poteſt quis habe-
re vocem in capitulo, vt prælatus, & carere voce col-
legii, vnde ſi prælatus ſit priuatus voce collegii, non
tollitur quin poſſit habere vocem, vt prælatus. Nam
licet in larga ſignificatione prælatus dicatur eſſe in
capitulo tanquam caput, ſecus tamen eſt in ſtricta ſi
gnificatione. vnde cum nomine capituli communi-
ter non includatur prælatus, Ideo quando priuatur
voce capituli, debet intelligi de voce, quæ habetur
iure collegii, non de illa quæ habetur iure prælatio-
nis. Ita declarat Cardi. in Clemen. I, in. x. q. de regula-
ribus. Nam principalis prælatus non caret voce capi
tuli, licet non ſit in ſacris, ſecus in non principali, ſic
tradit Cardi in d Clemen I. col iii. verſi. iiii. c ppont
tur. vbi concludit ꝙ prælatus non dicitur habere vo
cem in capitulo, nec proprie eſt pars capituli, vt no.
in Clemen. vt hi. de æta. Sed eſt principalis in capitu
lo, ex quo dicit ſubſequẽter in vi. oppoſitione, quod
prælatus principalis nõ excluditur a voce, quam ha
bet vt prælatus. Sed ſi haberet vocem etiam vt cano-
nicus. ſicut in caſu de conceſ præben. c poſtulaſtis. de
appella c. a collatione lib vi de præben. c. cum in ec
cleſia eo li. a tali voce bene excluderetur. Ex iſtis po-
teſt elici, ꝙ aliud eſt habere vocẽ in ca. tanq̃ canoni-
cus, & aliud tãq̃ prælatus. Vnde ſi epiſcopus intereſt
capitulo vt prælatus, & canonici ſint viginti, nõ ſuffi

216

cit quod habeat ſecū decem; quia nō haberet maiorē partē capituli Secus ſi ipſe Intereſſet vt canonicus, qa tūc ipſe cōputatur in numero, vt canonicus, & ſic eſſent vndecim, quod notandū eſt, ſecundū Abb. in. c. poſtulaſtis. col iii. de cōceſ præbend: vbi ſubdit ꝙ illud quod dixit de epiſcopo, intelligi debet de quolibet collegio, hoc idē tenet glo. in c. vnico, in verbo aſſenſu. ne ſede vacan. in. vi & Io. de Selua in ii. parte ſui tracta. de beneficio. q xvii. col. iiii.

Notabile X I I.

Rector collegii Eccleſiaſtici habet iuriſdictionem in his, quæ occaſione illius profeſſionis ſeu negotiationis oriūtur, tex eſt no. in l. fi. C. de iuriſdi. om. iudi. not. Inno. in c. cū ab Eccleſiarū. de offi. or. & Abb. in c i. col viii de elect. nā præpoſitus capituli dicitur habere iuriſdi. Fely. in c. ex parte Decani. col ii de reſcrip. Verū hmōi iuriſdi, quā habēt prælati inferiores epiſcopo, eſt leuis tātum, & nō grauis nō poſſunt enim cognoſcere de cauſis criminalibus, quæ ad ſolum ſpectant Epiſcopum, nec poſſunt propter non reſidentiam, aut aliam cauſam priuare clericos titulis ſuis, verum habent iuriſditionem nō cognitionalem, ſed correctionalem, poſſuntq; ſubiectos ſeruientes in eccleſia pro eorum culpis, & negligētiis nō contentioſe, ſed correctionaliter priuare ad tempus emolumētis eccleſiæ, vt deſtributionibus & aliis. Ita declarat Abb in c cum cōtingat. col. ix de foro compe. & glo in ti. de concubinariis. §. quod ſi hi ad quos in verbo, pertinet, in pragma. Sanctio.

Notabile X I I I.

NOn poteſt quis Parochianum alterius ſoluere vel ligare, vel in alterius parochia celebrare, ſine illius licentia, prout tradit Abb. in repet. § qui vero. in. c. extirpandæ. col. penul. de præben.

L iiii

Notabile XIIII.

COnſulunt doctores, quod ſi prælatus diffidat de iure eccleſiæ ſuæ, quod communicato conſilio capituli, derelinquat illam rem, vel cedat liti. Si autem nolet capitulum conſentire, tunc dicat, mundæ ſunt manus meæ, concluſio eſt Abb. in.c bonæ memoriæ.el.ii.de poſtu præla col.vii.& in.c quoniam col.ix de præſcrip.per tex.in.c.epheſiis.xliii. diſtin.

Notabile XV.

EPiſcopus non dicitur eſſe de collegio eccleſiæ inferioris ſibi ſubiectæ, licet ſit caput collegii, eſt enim caput mediatum, nõ immediatum, ſecundum Abb.in.c.cauſam quæ col.penul.in glo.i.de elect.

Notabile XVI.

PRælatus inferior epiſcopo, poteſt in exercenda iuriſditione ſibi competente, inuocare auxilium brachii ſecularis, hoc tenet Abb.in.c.dilecta.in. iii. not de malo. & obedi. pro quo faciunt not. in.c. vt dominicis de paroch.

Notabile XVII.

PRælatus eccleſiæ poteſt committere alteri vices abſentis canonici, & de illius beneficio eidẽ aſſignare portionem, per text.cum gloſſ.in.c.peruenit. el ii.de appella.

Notabile XVIII.

ABbas, ciuiliter & criminaliter in monachos ſibi ſubditos etiam in figura iudicii iuriſditionem exercere poteſt, adeo ꝙ loci incommoditate non repugnante, eo prætermiſſo, coram epiſcopo loci prius conueniendi non ſunt, niſi talia ſint crimina, quæ depoſitionem expoſcant Ita concludit Abb. in c.cũ contingat col ſi de foro compe. & in c. cum ab eccleſiarũ.col ſi de offi.ordi. Iſtud idẽ tenet Fely. in c. paſtoralis.col.iiii.verſi.limita.ſe de offi.iud.ordi.

212

Notabile XIX.

ELectus confirmatus, aut alias in prælatura canonice inſtitutus, poteſt propria authoritate adminiſtrare, niſi vbi eſſet conſuetudo, quod prius inſtallaretur, ſeu in poſſeſſionem poneretur, quæ ſeruanda eſſet, vel vbi aliquis eſſet detentor, quem non liceret propria authoritate expellere. Ita concludit Abb. in c. tranſmiſſam. col. iii. de elect. & in c. cum ſuper col. iiii. de cauſ. poſ. & propr. vbi ſubdit eſſe intelligendum, quod ante inſtallationem non debet adminiſtrare, quando hoc ſpecifice habet conſuetudo, vt ante non adminiſtret. Secus ſi conſuetudo ſolum habet quod fiat inſtallatio, tunc enim licet ſeruanda ſit conſuetudo. c vt noſtrum de offi ordi. quod nihilominus tamen ante inſtallationem adminiſtrare poterit, hanc opinionem ſequutus eſt Fely. in c. cum M Farrarienſis. col. xiii. verſi. & inquãtum ſuper iſta glo. de conſti. & in. c. ne Dei. col. i & ii de Symo. facit gloſſ. in verbo, promotus. § ſenſuit tamen, tit de elect. in pragm. Sanct. & Ioan de Sel. in. ii. parte ſui tract. de beneficio. q. xv col. ii. & ſequenti. Et Canonicus, cui facta eſt collatio canonicatus, habet plenũ ius, & in voce, & in aliis abſq; alia inſtallatione, ſecundum Fely. in. c. ſuper his. col i. de accuſationi. Electus quoq; confirmatus, poteſt excommunicare, licet non ſit ſacerdos, not Abb. in. d c. tranſmiſſam. in in. i. no de. elect. & Fely. in. c. dilecta. col. ii de ma. & obe.

Notabile XX.

PRælati eccleſiarum licite exercent iudicium in eccleſia, not, Abb in. c cum eccleſia. de immunita. eccle & in. c qua fronte. col i. de appella. vbi infert ex illo tex ꝙ cauſæ eccleſiaſticæ poſſunt iudicialiter tractari in eccleſia, hæc tamen illatio Abb. non

bene inferri videtur, ſecundum Decium in d. c. qua fronte. col. I. vbi tradit quod licet dictum Abbatis communiter approbetur, tamen in punctis iuris videtur dicendum, quod etiam cauſæ eccleſiaſticæ prohibeantur tractari in eccleſia Non enim cõuenit, quod tribunal huiuſmodi cauſarum ibi erigatur. Bene verum eſt, quod non obſtante tali prohibitione proceſſus valeret, quia duntaxat in cauſis ſecularibus proceſſus annullatur, vt ibi per eum.

Notabile XXI.

Subditi debent prælato etiam inferiori ab epiſcopo obedientiam, vt not in c. ad aures & ibi glo. de tempo. ord & in c. his igitur. xxiiii diſt. Nam inferiores ſuperioribus, & prælatis obedientiam debent, not in c. i xciii. diſt. & in c. ſi is qui præeſt. xl. q iii. Et reuerẽtiam minores maioribus exhibere tenentur, vt minor aſſurgat maiori, & cedat ei primũ locũ in ſedendo, & in eundo, glo. eſt in c. ſtatuimus. de maio. & obedi. & not. Abb. in c ſi col. ii de confirma vtil vbi dicit ꝙ ſubditi debent ſuo ſuperiori reuerentiam & obedientiam Idem dicit ibi Decius col. i in iii. not. vbi firmat quod in tantum hoc procedit, quoad reuerentiæ exhibitionẽ, quod licet exẽpti ſunt, ab iſta tamen reuerentia non liberantur, niſi exemptio facta ſit pleno iure a ſummo Pontifice. laudabile nanq; & diſcretum eſt, reuerentiam & honorem exhibere prioribus, iuxta dictum c ſicut inquit. ii q. vii Reuerentia enim debetur ei qui præcedit ordine, vel antiquitate, ſcilicet vt minor aſſurgat maiori, nec ſedeat ſtante maiore, nec in æquali ſede, & vt ſalutet cum reuerentia, forte inclinando ſe, et pileum remouendo, ſicut interpretatur conſuetudo, & vt maior præcedat, minor vero ſequatur in ſedendo, ſubſcribendo, & incedendo, niſi minori maior admini

ſtratio commiſſa ſit, vt archipreſbyter, vel preſbyter debet archidiacono reuerentiam, licet ordine maior ſit, ratiōe maioris adminiſtrationis. xxv diſt c.i. hac conſideratione, quandoq; preſbyter tenetur obedire diacono prælato. Ita deſcribit glo. xciii. diſt in ſum ma. & Hoſti. in ſua ſum. tit de maio & obe. § in q bus obedientia attēdatur. Et canonici vel clerici obedientiam ſuis miniſtris facere debent, tex. eſt in c in omnibus. de conſecra. diſt. v. Hæc eſt enim iuſtitia, vt minor ſeruiat maiori xxxiii. q viii. c eſt ordo. niſi minor, vt præmittitur, in adminiſtratione maior ſit, vel niſi obtineat locum ſuperioris glo eſt in c a ſub diacono. xciii. diſtinct. ad hæc faciunt ea quæ tradit Bartholomeus de Chaſſeneis in quarta parte ſui catalogi gloriæ mundi, conſideratione xliiii. & ſeq vbi dicit quod maior authoritate præfertur. Et q ideo decanus Cantor, Theſaurarius, aut Præpoſitus vel Archidiaconus præfertur Canonico etiam antiquiori, propter eius dignitatem, licet ſit poſterior promotione, ordine, vel ætate Et q minor ordine, ſed maior adminiſtratiōe præfertur maiori ordine in loco adminiſtrationis, vt eſt in Archidiacono, q ratione adminiſtrationis cenſetur maior Archipreſbytero, allegat glo in c deliberatione de offi. leg. in vi.

Notabile XXII.

Obtinens principalem dignitatem alicuius collegiatæ, aut conuentualis eccleſiæ, dicitur proprie prouiſus de ipſa eccleſia, ſeu illam habere, glo. eſt in c. deliberatione de offi. lega in vi. & in Cle. I. de præben. præſidens namq; conuentui, vel collegio in dignitate dicitur, vel perſonatu conſtitutus, vt not. Bonifacius de Vitalinis in cle. Et ſi principalis. in il not. de reſcrip,

Digitized by Google

Notabile. XXIII.

PRælatus eccleſię collegiatæ parrochialis habet cu ram animarum parochianorum illius. Ita ſingulariter Abb. in c. cum contingat. col. x. de foro compe. Et ei ſdem ſacramenta eccleſiaſtica adminiſtrat, datq; licentiam adminiſtrandi, etiam licet adhuc presbyter non ſit, ſecundum gloſ. in cle i. de priuile. & exceſ. prælat in verbo, preſbyteri Iſtud idem tenet Lap. allega v. incip. in hac quinta alleg. col fi.

Notabile XXIIII.

COrpus collegii, moueri debet ad diſpoſitionem illius capitis, not. Abb. in c. ſignificaſti col ii. de elect. Membra enim regulantur a capite, vt inſti de ſatiſda. § fina. & Bal in c. edoceri. de reſcript Nec licet a capite membra recedere, ſed illi obedire c. cum non liceat. de præſcrip &. c. non decet. &. c. præceptis xii diſt &. c. Noſſe vos de conſecra. diſt. iii.

Notabile XXV.

TAntam poteſtatem habet ſolus prælatus, quando eſt ſolus, quantam habet prælatus cum ſuo capitulo, vt tradit Abb. in c. dudum el, ii. de elect. col. ix. & Fel. in. c. edoceri. col. ix de reſcrip. Ita Deci us in. c. reprehenſibilis. col. fi de appel.

Notabile XXVI.

QVi iurauit obedientiam prælato tanq̃ capiti, & capitulo, Si prælatus & capitulum mandant contraria, iſte prius tenetur obedire prælato, prout tradit Abb. in. c. cum clerici. per illũ tex. de verbo. ſignifi & Bonifacius de Vitalinis in Cle i. nume, lxvii de ſenten. excom.

Notabile XXVII.

REctor, ſeu præſidens collegii ſedere debet in medio aliorum, ſi eſt æqualis aliquali qualitate, ſed ſi non ſit aliqua æqualitas, debet ſedere in prin-

219

cipio,ſiue in capite,& altiori loco. Ita deſcribit Bartholomæus de Chaſſeneis in prima parte ſui catalogi gloriæ mundi, in. vi. xiii. & . xiiii. conſiderationibus.

Notabile XXVIII.

QVilibet prælatus eccleſiæ, quocunq; nomine nuncupetur, poteſt & tenetur ſolus procurare negotia ſibi,& cap.cõſa,nam ex officio administrationis ſibi iniũctæ ad hoc tenetur.no.Abb. in.c edoceri in.ii.no.de reſcr. Idem dicit ibi Deci. ſubiiciens,in col.ii. q̃ prælatus dicitur procurator, & non dominus, tamẽ maiorem prærogatiuam habet prælatus, q̃ alius administrator, nec in veritate poteſt propriè comparari tutori,vel curatori,ſeu procuratori, quia habet ampliorem poteſtatem, q̃ iſti, vnde prælatus viuit de bonis eccleſiæ,& etiam de illis poteſt ſuſtentare conſanguineos ſuos inopes, vt in c.i.de cohabi.cleri.& mul.& c.paſtoralis.de his quę fi.a præl.Sed curator,tutor,ſeu procurator hoc non poteſt de rebus pupilli, vel domini,l. a tutoribus.ff. de admini tut.Item iſti ſunt temporales,prælatus vero perpetuus,tutela eſt onus,ſed prælatura eſt honor. Ita declarat Abb.in c.qualiter,el.ii.col penul.in gl. ſuper verbo reddere rationem.& ibi Fely.col.iiii.de accuſa.& glo.in.c.ſi.v.q.iii.

Notabile XXIX.

REctor eccleſiæ poteſt,& debet tempore miſſæ parochianum alienum verbis expellere,& ſi adverba non vellet exire,tunc per ſe & per parochianos poteſt manum iniicere, nec incurrit excommunicationem ipſe & ſibi obtemperantes,etiam ſi expellendus ſit clericus,prout tradit Inn. quem refert & ſequitur Abb.in c.vt Dominicis.de paroch Et qui turbat diuinum officium,poteſt ſine metu excommunicatio-

nis eiici de eccleſia, vt in. c. veniens. de ſenten. excom. quod intelligi debet, tam de turbatione facti, quam iuris, Nam notorie excommunicatus poteſt impune etiam clericus eiici de eccleſia, ſecundũ glo in. §. prohibeatur in verbo, perturbent. tl. de his qui tẽpore diuini offi vagan. per eccle in pragma. Sanctio.

Notabile XXX.

HI qui ratione officii, quod in eccleſia obtinent, aut etiã alii clerici ſeniores zelo deuotionis pueros vel adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos turbantes diuinum officium, & hi qui obtẽtu prælationis vel magiſterii ſubditos & ſcholares correctionis cauſa leuiter forte percuſſerint, excommunicationis ſententiam non incurrunt. Iſte eſt tex. in. c cum volũtate. de ſenten. excom Et clericus licite inſtat circa correctionem familiæ ſuæ, etiam moderate verberando, nec caſus inde cõtingens ſibi imputatur, ſi modum in corrigendo non excedat, Secus autẽ ſi modũ in corrigẽdo excederet. not. Abb. in. c ad audiẽtiam in i not. de homici Nã & ſi quis moderate percutiat clericũ ſibi ſeruiẽtem cauſa correctionis, non incidit propterea in aliquam excommunicationem, ita decidit Abb in c. ex tenore. de ſenten. excom.

Notabile xxxi.

CApellani in eccleſiis collegiatis inferioribus omnes debẽt recipere cõfeſſionẽ, & pœnitentiã a preſbytero Prælato, & nõ ab aliis capellanis vel canonicis, quia ipſe illorũ habere curã dicitur. Idẽ de familiaribus omnibus in eccleſiis ſeruientibus, prout tradit Abb. in c vt ſingulæ in iii. not. de offi archipreſ. Itẽ omnes clerici habitãtes in parochia ex quo nõ habent curã per ſe, ſunt ſub cura preſbyteri Parochialis & debent cõuenire cũ reliquis parochialis laicis ibidẽ ad diuina, vt ſatis colligitur in c. & hoc attenden

dum.de cõſecra diſt.I.Ita cõcludunt Doct. in c. vt Dominicis.& ibi Abb col.i,& ii. de paroch & Ab. in c.ad audiẽtiam le i.col.ſi de eccle.ædifi vbi di-cit,ꝙ clerici non habentes curam,ſubiacent illi eccleſiæ vbi habitant. Iſtud idem dicit Bonifacius de Vitalinis.in Cle. dudum §.vere.numero vi,de Sepul.

Notabile xxxii.

ABbates,Decani,Archidiaconi, & Archipreſbyteri dicuntur prælati.tex.eſt & ibi Abb.in c i.de æta.et quali & Decius in c.ad aures col.i.de reſcrip. vbi dicit quod Decanatus eſt dignitas, & archidiaconatus, & ꝙ decanus dicitur honorabilior pars capituli,ſecundum gl.quam ad hoc allegat in c. cum inter vniuerſas.de elect. Et quod Abbas ſit prælatus, not.in cap.ea noſcitur.de his quæ ſi.a præla.ſine conſen.capitu. vbi Abbates dicuntur prælati, hoc idem tenet gloſſ. in verb.prælatum de electio. In pragm. Sanctio Idem Abbas.in c.ii.in ii. not. & ibi Fely. in princip.de iudi.

Notabile xxxiii.

COrrectio monachoꝝ ſpectat ad Abbatẽ ſolũ ſine capitulo,& etiã excluſo epiſcopo.not.Abb.in c. ad noſtram.in iii.not.de appella.& in c. ſi in i no. de capel.mona. Et monachus potius tenetur obedire Abbati quam epiſcopo,glo eſt in c.qui reſiſtit.xi. q.iii. quod verum eſt in his quæ ſpectant ad officiũ Abbatis, ſed in his quæ verſantur in figura iudicii, vel in cura animarum, vel decimarũ ratione reddenda, & cauſis iuris ordine tractandis, magis obediet epiſcopo,prout declarat Fely. in c.inter cætera. col. i.de appella.

Notabile xxxiiii.

POena ſtatuta per prælatum & capitulum, poteſt inferri a ſolo prælato, prout tradit Abb.in c.

reprehenſibilis.In vlti.no.col.ii de appella.

Notabile xxxv.

COllatio enim non dicitur communiter ſpectare ad epiſcopum,& capitulum, licet epiſcopus in eius expeditione habeat conſulere capitulum. Et idem ſi habeat requirere conſenſum, quia non ſequitur, ꝙ actus non dicatur ſpectare ad me ſolum, licet habeam expedire cum cõſenſu alterius, ſecus ſi ſimul vel pariter ad ambos ſpectaret,prout tradit Felyn. in c.non poteſt.col ſi.de re iudi.

Notabile xxxvi.

PRælati inferiores habentes de iure ſpeciali collationem ſine iuriſditione non poſſunt nec per ſe, nec per ſuos commiſſarios partes iudicis aſſumere. Sed extraiudicialiter ad eorum inſtructionem poterunt informationem ſumere,ſicut faciunt arbitri,& arbitratores,etiam ſi in commiſſione dicatur, ſi tibi conſtiterit.&c.Nam poſſunt illa verba referri, & verificari in extraiudiciali inſtructione.Ita deſcribit Abbas in.c.dudum.col.viii.de præſump.

Notabile xxxvii.

ILle,qui cæteris preæſt,obuentiones eccleſiæ diſtribuere debet,tex eſt in c.decimas.el i xvi q.vii. Et qui præpoſitus factus eſt eccleſiæ, omnium quæ habet eccleſia efficitur diſpenſator, vt in.c.expedit.xii. q i.Et quicunq; eligitur in canonicum debet inueſtiri per manum illius qui præeſt capitulo,Archid.xxi. diſt.in ſumma.

Notabile xxxviii.

REctor cuiuſcunq; vniuerſitatis explicare poteſt minora negotia ex ſuo officio ſine ipſa vniuerſitate,prout tradit Abb.in c. cum eccleſia col.iii & iiii.de elect & in c nouit.col vit.de his quæ ſi.a prę la.addens,ꝙ in notoriis nõ eſt neceſſe requirere con

ſi iu n

221

ſilium capituli.

Notabile XXXIX.

Abſq; prælati ſui ſeu magiſtri licentia canonicis nihil agere licet.text.eſt in c.in omnibus,de con ſecra.diſtin.v.

Notabile XL.

Regulare eſt, ꝙ maior debet ſupplere, quod minor debet facere,& negligit,ita ponit Archi in c.nunc vero.ix.q.iii.pro quo eſt text. & ibi gloſſ. & Abb.in cap.tranſmiſſa.col.ii.de foro compe. & facit tex,in cap licet ex ſuſcepto.& in c.ex tenore.eo.tit.et not.in Clemen.graui nimirum,de celebra. miſſa. facit ad hoc practica,quam tradit Abb.in c.quoniam. col.fi.de offi.ordi.vbi dicit, ꝙ ſi epiſcopus fuerit negligens in conſtituendo ſibi vicarium, archiepiſcopus ſtatuet ſibi terminum ad conſtituendum,quo caſu elapſo termino, puidebit ipſe archiepiſcopus per c.cum ſimus.ix,q.iii.hanc ſententiam ſequutus eſt Fely.in c,paſtoralis.col.fi.de offi.ordina. facit tex.in c. ii.de magi.vbi Abb.not,in fi ꝙ vbi nõ præfixo tempore deuoluitur ad alium poteſtas aliquid agendi propter negligentiam, debet ad conuincendum negligentiam præcedere monitio, quæ in actibus huiuſmodi extraiudicialibus vnica ſufficit. reſte Fely. in d.c.ii.col.ii.in fi.de magiſt. vbi tamen reſtringit hoc de monitione facienda.in illi.limitatione,vt nõ habeat locum quando illud quod non eſt factum,nõ habet in ſe aliquam veriſimilem rationem excuſationis,quia tunc eo ipſo, quod quis potuit facere & nõ facit,incurritur pœna.

Notabile XLI.

PRæfectus collegii eccleſiaſtici habet curam animarum reſpectu ſcolarium,qui ſunt de collegio,prout tradit Abb.in c.i.in iii.not.de elect.& Bonifacius

de Vitalinis.in Cle.ne in agro.§.cæterum. verſi. xl. & ſequenti,de ſtatu mona.

Notabile XLII.

COnſuetudine induci poteſt,vt quis habeat principalem prælaturam eccleſiæ & canonicatū in eadem,vt no.Gemy.in c.cum in eccleſia tua. col. i.de præben.Et quaſi in omnibus eccleſiis regni Franciæ eſt de conſuetudine præſcripta,ꝙ dignitates & perſonatus non poſſunt,nec debent conferri niſi canonicis illarum eccleſiarum,vbi ſunt dignitates vel perſonatus,licet de iure communi non poteſt haberi dignitas & præbenda in eadem eccleſia,niſi,vt præmittitur,ex conſuetudine vel ſtatuto eccleſiæ. glo. eſt in §.quod ſi quis cuiuſcunq;, in verbo,ſimiliter, & in §.Item ſenſuit,in verbo,requireret.de colla, in pragma.& Ioan.de Selua in tertia parte ſui tract.de beneficio,q.xlix & Guiller Benedict.in repeti. c Raynutius.inverb ſi abſq; liberis ii nume.x in ſubſtitutio. fideicommiſſa.extra de teſtam.Ita refert Rebuffi, in tracta. nominationum,quæſtio.xv.verſi.xxii,nume. xxxviii.& xl.

Notabile XLIII.

VNiuerſa,quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem monaſterii pertinent, abbatis ſollicitudo ad quem poteſtas tota pertinere conuenit,debet adimplere. Ita dicit formaliter tex. in c. nullam poteſtatem,xviii.q.ii.ad hoc facit tex. in c. cum ad monaſterium in §.Abbas vero.de ſtatu.mona.vbi dicitur,ꝙ omnes monachi Abbati reuerenter obedire debent,verum potius Abbati quam epiſcopo,vt no glo,in c.qui reſiſtit.xi.q.iii.

Notabile XLIIII.

PRælatus eccleſiæ collegiatæ ſecularis vel regularis licet non cathedralis,dicitur habere ſedem,&

per eius mortem vacat ipſa ſedes, & eccleſia ipſa, pro‑ ut tradit Bonifacius de Vitalinis in Clementina ſta tutum. numero decimoſeptimo. de elect.

Notabile X L V.

PResbyter, ſeu rector eccleſiæ parochialis officio prælationis fungitur, vt not. in c. tua nos. de cler. ægrotan. Et etiam dicitur medicus animarum, pro‑ ut tradit Abb. in cap. omnis vtriuſq; in viii. not. de pœniten. & remiſſio. Item & paſtor dici poteſt, ita colligit Archidia. & eum ſequitur Gemy. per illum tex. in ca. licet canon. de elect. in vi. Et quilibet cleri‑ cus poteſt dici maritus eccleſiæ ſuæ ſecundum Abb. in cap. dudum. el ii. col ix. de elect.

Notabile X L V I.

CReatio monachorum ſpectat ad Abbatem ſolũ, etiam ſine conſenſu vel conſilio conuentus, ſecun dum Abb. in c. ea noſcitur. col. II. de his quæ fi. a præ la. vbi reprobat opinionem aliorum contrarium te‑ nentium, tamen aduertendum eſt, ꝙ idem Abb. in c. ad apoſtolicam. col. fi. de regulari. in fi. concludit, ꝙ de iure cõmuni non valet monachi receptio per Ab batem facta ſine conſilio conuentus. Fatetur tamen ꝙ Abbas non tenetur ſequi conſilium eorum, ſed ſatis eſt requirere & expectare reſponſum, vt ibi per eum inferentem ſubſequenter, ꝙ vacante monaſte‑ rio non poteſt capitulum aliquem recipere in mo‑ nachum. Iſtud idem tenuit Abb. in c. cum eccleſia. col. penul. in fi de elect.

Notabile X L V I I.

OFficium Decani a collegio electi, eſt præeſſe eccleſiæ, & prodeſſe, vt not. in capi. ex par‑ te. el primo. de cleri. non reſiden. Et vbi Deca‑ nus præeſt eccleſiæ collegiatæ habet de iure iuriſdi‑ tionẽ ordinariã in illos de collegio, glo. eſt in verbo,

Decanus.tit.quomodo diui.offi.ſit celebr. in prag. Et qui habet iuriſdirionem.dicitur habere dignitatem, vnde quilibet rector ſeu prior eccleſiæ collegiatæ dicitur habere dignitatem,& talis proprie & ſtricte appellatur prælatus.Ita dicit Abb.in c.de multa, col.penul.verſi.additio de præben.& Io. de Selua, in i.parte tract.de beneficio q.ii.nume.xxiii.

Notabile X L V I I I.

Quando,conuocatio vniuerſitatis ſit per eum ad quem de iure vel cõſuetudine ſpectat cõuocatio vniuerſitatis,tunc talis citatio conſtituit nõ venientes in contumacia,adeo & in tantum, quod venientes duntaxat poſſunt explicare ea, quæ incumbunt agenda,licet venientes non faciant maiorẽ partem,ſed longe minorem, ſed quando vniuerſitas per ſe congregatur, & non per præſidentem illius, nam oportet,quod tunc ſint duæ partes præſentes.Ita ſingulariter no.Abb.in c.cauſis.col.iiii.de elect.vocati enim ad capitulum per habentem poteſtatem, faciũt ſe alienos,ſi comparere noluẽt.Ex quo infertur,quod iſti non ſunt computandi in numero abſentium, ſeu in numero eorum qui ſunt in capitulo, ſed quo ad actum tunc expediendum habentur perinde,ac ſi nõ eſſent de capitulo,prout not.Abb. per illum text. in cap.cum nobis.in iii.not.de elect.& in cap.cum omnes.colum.fina. de conſti. Neq; militat ratio quam in contrarium adducit Decius in dicto c. cũ omnes. col.ix.in prima lectura,dicens, ꝙ ſi opinio Abb.eſſet vera,ſequeretur,quod duo vel tres præſentes aliis vocatis non accedentibus haberent ius totius vniuerſitatis quod abſurdum videretur,quia imo duo,veꝛ ẽt vnus ſolus repræſentat totã vniuerſitatẽ aliis negligẽtibus,cõcluſio eſt Fely.poſt glo.in ca.cũ olim.col. ii.& ſequẽti.Idẽ dicit ibi Abb.col.pe.ver.nunqd au

tē Decanus. de teſti. Idē & in dicto cap. In cauſis. col. IIII. de elect. Et hoc maxime & fortius procedit, vbi intereſt prælatus ſeu rector vniuerſitatis, vel alius habens facultatem conuocandi Collegium, conſtituit enim non venientes in contumacia, adeo, quod ſine eis poteſt actus expediri. Ita cōcludit Fely poſt Abb. in d c. cum omnes. col. penul. verſi. Secūda concluſio. Idem gloſſ in Clemen. ne Romani § porro. in verb. omnes. & ibi Cardina in ſecundo not. de elect. Idem Barrachinus de Firmo in ſuo tracta. de Epiſcopo. In tertia parte I. lib. quæſt. xvi. verſi xxvi. & alias quæſt. xlv. verſi. lv, eiſdem parte, & lib. Idem Franciſcus Paulinus in quinto præludio ſui tract de poteſta cap, ſede vacante. verſi. & quod coetus etiā appelletur, ſubdens, ꝙ in cauſis in quibus vocantur abſentes. in numero abſentium non computantur, niſi hi qui vocari debent. c. quia propter in verbo, debent. de elect. Et quod ſic cum dicitur, ꝙ de iure duæ partes debēt eſſe præſentes, ibi computādæ ſunt duæ partes, ita, ꝙ in parte abſentium non computentur illi, qui vocari non debent, vel vocati, qui venire cōtempſerunt. Ita decidit Inn. quem allegat & ſequitur Abb. in c. eccleſia veſtra. el ii col. penul de elect & Cardi. in d. Cle. ne Romani. col II. in fi. de elect. & glo. in Clem. quod circa. & ibi Cardi xii q. eo. ti. Hanc partem tenuit Roch de Curte I ſuo tract de iure patr. in verb. honorificum. q Ivii. nume. xci. Verumtamē præmiſſa Decii concluſio contraria poteſt intelligi & ſuſtineri in factis grauibus, in quibus non ſufficit conuocare vniuerſitatē per tabellam, vel campanam, ſed per nuntium vel literas, prout tradit Abb. in d. c. cum omnes. in fi. allegat. c. in cauſis. de elect. vbi dat Abb. in col. III. hanc regulam, ꝙ in negotiis, quæ poſſunt expediri per præſentes, ſufficit vocatio p ſonum cam

panæ,dũmodo talis ſit campana, quod ipſius ſonus puenire poſſit ad intelligẽtiam exiſtentium in loco, ſed in negotiis,in qbus abſentes ſunt vocãdi,nõ ſuffi cit vocatio p ſonum campanæ,ſed debẽt abſentes vo cari modo prædicto,vt ibi p eum Et nota, quod va let actus expletus p habẽtes vocem in capi.licet inha biles & priuati non fuerint vocati,nec fuerit diſcuſ ſum p prius an ſint priuati, hãc regulã ponit Abb. in ca.gratum.col.ſi.circa ſi.de poſtu præla.

Notabile XLIX.

SI nullus de cap.eſt in ſacris,tenet gloſſ. in Cle.ii. in verb.cõſtitutus,& ibi Car.xv.q.de æta. & qua lita.qđ tũc prælatus ſolus expediet ea,quæ incũbũt.

Notabile L

IBi dicit capitulum,vbi eſt canonicorum maior ps,li cet aliq cõtradicant,put tradit Abb.in ca. ex par te Aſtẽſis.in ii.not.de cõceſ præben facit tex. notabi lis cum gloſſ.in c.cum inter Canonicos. Vbi not.ſin gulariter Abb.col.ii.de elect quod vbicũq; eſt diſſen ſio inter illos de cap.ſup iuribus capitularibus, capi tulum dicitur eſſe,vbi eſt maior pars.Et tãq capitu lum poteſt cõſtituere pcuratorem & alia agere, quæ ptinẽt ad diſpoſitionem capituli,nec obſtat ſi dicat collegium cõſiſtere penes duas partes,vt in.l.nulli.& in.l.plane.ff.quod. cuiuſq; vniue. ſi. qa illud pcedit dum collegium eſt in congregando,ſed poſtq̃ eſt con gregatum,& diſceptatio eſt inter eos,dicitur cõſiſtere collegium penes maiorem partem capituli, vt ibi p eum. Verum quæ fiunt a maiori parte capituli,nõ te nent niſi ẽt illa maior pars ſit ſanior.Ita voluit Abb. in c,cum omnes.col.ix.& idem Fely.ibi. col.xiii.de conſti.addẽs,ꝙ in actibus mere pphanis,& nõ eccle ſiaſticis,nõ reqritur ſanior pars, ſed tantũmodo ma ior,& ꝙ in dubio maior pars capituli præſumitur ſa

nior,niſi contrarium probetur,& ita tenuit Archid. in c.Nicæna.xxxi.diſt.

Notabile L I.

SVnt enim quædam nomina quæ importãt ius nõ factum,vt populus,collegium,& grex, quæ ſimp durãt eadem,etiam ſi ex ſingularibus primis nil remanſit,vt no Inno.in c.grauem.de ſenten.excom.refert & ſequitur eum Lap.alleg. ſua. lxxxxviii. incip. cõmune Floren.reformauit. Nam vniuerſitas vel populus,non mutatur nouis perſonis ſuperuenïẽtibus, prout tradit Pet.de Anchara. in c. Si ſententia.col. pe.circa medium de ſent excom, in vi. pro quo eſt gloſſ.ſingularis in c.deniq; vii.q.i.

Notabile L I I.

ECcleſiæ inferiores in his in quibus habent adminiſtrationem.poſſunt eo modo ſtatuere ſine epiſcopo,quo capitulum ſtatuit eccleſiæ cathedralis,ſecũdum Fely.in c.cum omnes.col.vi.de conſtitu.hoc idem tenet Abb.in c.ii.in i.not.de inſtit.Ita not.voluit Inn.in c.requiſiſti.de teſtam.& in c.cum acceſſiſſent de conſt & in c.cũ oẽs.eo.ti. vt refert & ſequitur Abb.in c.cum conſuetudinis.col.ii.de conſue.

Notabile L I I I.

LIcet quandoq; bona temporalia ſint diſcreta inter epiſcopum & capitulum,tamen nõ ſic in iuribus ſpiritualibus, quia illa nunquam ſunt diſcreta inter epiſcopũm & capitulum,quod intelligeverum de iure communi, ſed conſuetudo bene poſſet diſpo nere, ꝙ adminiſtratio iuriũ epiſcopaliũ eſſet diuiſa ẽt in ſpũalibus,ſecũdũ Fel.in c.edoceri.col.i.& ſeq. de reſcrip.vbi dicit, qđ q̃uis pacto vel conſuetudine diuidať adminiſtratio bonoꝝ ſimpliciter, ꝑ hoc nõ ẽ diuiſa adminiſtratio ſpũaliũ,vel eoꝝ quę cõcernũt dignitatẽ,niſi cõſuetudo ſpãlis illis aliud itroducat.

Notabile L I I I I.

VAlet conuentio facta inter Abbatem, & monachos de certo modo viuendi, & diſtribuendi in pane, vino, & carnibus, vt dicit Ioan. Andr. in regula, non eſt obligatorium. de reg. iur. in vi. quem allegat & ſequitur Nicol. Boerii in conſue. Biturigum, §. xii. in glo i, verſi. tutor tenetur de iure. tit. de conſuetu. iur. ſta. perſonarum, & Fely. in c. cum M. Ferrarienſis, col. xv. verſi. adde etiam de conſti. & Abb. in c. edoceri. col. ii. circa fi. de reſcrip.

Notabile L V.

EA quæ in capitulo fiunt, non facile poſſunt ſciri, niſi per illos de capitulo. c. veniens. el. ii. extra de teſti. ficut ea quæ fiunt domi non poſſunt ſciri, niſi per domeſticos. Ita notabiliter Archidia. in c. quia plerique. in verb. eccleſiarum. de offi. ordi. in vi.

Notabile L V I.

PRæbenda diſtincta eſt illa, quæ diſtinguitur in certis redditibus, ſeu poſſesſionibus, ſeu iuribus, vt puta quando tres poſſesſiones vel duæ deputátur pro vna præbenda, & illa præbenda eſt proprie, ſecundum vſum loquendi, & ſecundum, quod iura capiunt in tit. de præbend. Portio vero priuilegiata eſt quando omnes redditus ſunt communes & percipiuntur p vnum, loco capituli, & in fine anni fiunt certæ portiones ſecundum priuilegium, ſeu ſtatutum, et cuilibet datur portio ſua, prout tradit Abb. in c. dilectus filius. el. i. col. ii. in fi. de præben. Item, & ſi præbendæ diſtinctæ non ſint, ſed omnia percipiuntur de communi, nec datur aliquid illis, qui nõ interſunt horis, tunc integre debent habere huiuſmodi diſtributiones in theologia ſtudentes habita ratione quotidiani victus, glo eſt no. in c licet vobis. de pręben. quia huiuſmodi redditus loco præbendæ ſunt, alias

221

eſſet canonia ſine præbenda, quod eſſe non poteſt, vt no. in c. cum. M. Ferrarienſis. de cōſti. & in c. dilectus. de præb. ex quibus concludit Franciſ. de Ripa in ſuo tract. de peſte. fol. xxvi nume cxvii. quod diſtributiones huiuſmodi cōſequitur abſens ex iuxta cauſa, vel alias impeditus reſidere. Hanc ſententiā ſequitur Pe. Reb. in verb. diſtributionū. §. i. in rub. de collationibus. in concord. vbi dicit, quod panis, qui in ſingulos dies datur, comprehenditur appellatione diſtributionum huiuſmodi.

Notabile L V I I.

SVper dubio, videlicet an appellatiōe capituli veniat prælatus, tradit Abb. in c. poſt electionem. col. ii. de conceſ. præben. quod putat aliud dicendū in prælato, qui habet iuriſditionem in collegio, vt eſt epiſcopus, vel Abbas, & aliud in inferioribus, qui non habent iuriſditionem in illos de collegio, vt Decanus Nam Decanus eſt proprie pars capituli, nō ſic epiſcopus, cum ius prælaturæ ſit diſtinctum a iure capituli. Ideo cum non agitur de re odioſa, imo fauorabili, ſcribendo capitulo ſatis videtur ſcriptum Decano, qui eſt pars capituli Hanc ſententiam ſequutus eſt Fely. in procemio Decre. col. iiii. & ſequenti, ſubdens, quod quando prælati inferiores ab epiſcopo habent vocem in capitulo, hoc procedit de iure ſpeciali vel conſuetudine, ſed de iure communi ipſi non veniunt appellatione capituli. imo Papa ſcribendo capitulo, non videtur in materia odioſa ſcribere archipreſbytero vel ſimilibus, ſed ſolis canonicis, quos videtur conſiderare, prout de iure eſt, non prout de iure ſpeciali. Et de ſtylo curiæ eſt, tales exprimere ſeparatim, in materia tamen fauorabili, bene venit caput appellatione collegii, vt ibi per eum late deducitur, cui conuenit quod tradit Abb. in c.

Oſius epiſcopus.in iii.not.de elect. & in c i.vlt not. de pact.vbi dicit, ꝙ lex ſeu conſtitutio edita in concilio,vel vniuerſitate ſit nomine ipſius cõcilii,ſeu vniuerſitatis,nulla facta mentione de capite ſeu preſidente illius,qui tamē illi intereſt,& in cõſtitutione comprehenditur ſub nomine vniuerſitatis.Et quod nomine capituli continetur prior & Decanus capituli,no. Bal.in c.ſi.de elect.hoc idem tenet glo.in verb.collegium.§.i.de electionibus,in pragma.& Ioan.de Sel. in ſuo tract.de beneficio.q.xvi.col.v.& ſequēti,verſi. Item prælatus.

Notabile L V I I I.

QVando capitulum recipit canonicū hoc adiecto,vt ſit ſupernumerarius, per hoc patet, quod non voluerunt frangere numerum, ſed quoddā ius extra ordinarium dare,& ex quo numerus non frangitur, non connumeratur in a'iis.Ita pulchre Fely.in c.cum M.Ferrarienſis.col xiii.de conſti.Nec habet talis canonicus ſupernumerarius ius afficiens primam præbendam vacaturam ex tali receptione, quia collator non poteſt dare ius ad primam præbendam vacaturam c.dilecto de præb Ideo ſi collator poſt receptionem,primam præbendam conferat alteri,valebit collatio,verum eſt quod collator prouidendo alteri, tenetur iſti creato quem illuſit,de redditibus communibus prouidere,quia non videtur cõgruum,vt prębēda careat,qui in canonicum eſt receptus,ſecundum glo in § ſi.in verb collatoris ti.de col.in pragm.de ſtatu & qualitate hmōi canonici ſupnumerarii plena manu ſcribit Pe.Reb.in rub.de reſcr.in cõcorda.

Notabile L I X.

ACtus voluntarius factus a maiori parte capituli tenet,niſi a minori parte oſtendatur de irrationabilitate.Et ſimiliter vtilis tenebit, cum nō ſit in eo

dare irrationabilitatē. Ita concludit Fel. in c. cū omnes. col. xi. de cōſt. Idē tenet Abb. in. c. ſcriptum. col. ii. de elec. vbi allegat Compoſt. dicere quod maior pars capituli poteſt inuita minori parte aliquos admittere ad conſulēdum. Nā per hoc non fit præiudicium alicui. Et ꝙ hoc ꝓcedit non ſolum in actu electionis, ſed etiā in aliis explicandis per quālibet vniuerſitatē ſecularē vel eccleſiaſticā. Notādum eſt tamē, quod minor pars capituli contradicens, non tenetur probare corā maiori parte rationē ſuæ contradictionis, tum quia maior pars non eſt iudex, tum quia eſt ſuſpecta minori parti contradicēti, adeatur ergo ſuperior ipſius corporis, ſeu vniuerſitatis, vel eligantur arbitri. Iſta eſt doctrina Abb. in c. cum in cunctis. col. penul. de his quæ fi. a malo. par capi. Et ſi aliqui, vel etiā vnus de capitulo iuſtam cauſam aſſignet contra dictionis, prævalet ille ſolus omnibus aliis, at vbi capitulum ſola voluntate cōtradicit prælato, valet qđ facit prælatus, nā tunc haberi debent pro conſentientibus, ſecundum Arch. in c. epiſcopum. lxi. diſt. & in ſumma. xviii. diſt. facit glo. not. in c. ſane. lxv. diſtin. & iſtam concluſionem firmat Fely. in c. cum omnes. col. xiii. de conſti.

Notabile L X.

VBI agitur de admittendo ad vocem in capitulo vnum extraneum, vnus ſolus poterit impedire voluntatem aliorum. Ita Fely. in c. cum omnes. xii. col. de conſti. & hoc, quia intereſt cuilibet ne forinſeci admittātur, cum ex hoc diminuatur cuiuſꝗ poteſtas, prout dicit Abb. in c. ſcriptum. col ii. de elect.

Notabile L X I.

ADhoc vt actus vniuerſitatis valeat, debent ſimul conuenire ſaltē duę partes, ex quibus duabus debet ad minus maior pars cōſentire, & ſufficiet, qa ſi

duæ repræſentant totam vniuerſitatem, ergo factum a maiori parte iſtarum duarum, dicetur factum ab ipſa tota, vbi tamen conuenirent plures, quam duæ partes, tunc requiritur conſenſus maioris partis conuenientium, & nõ ſufficeret maior pars duarum partium Ita deducit Fely. in c. cum omnes. col. xxi. de conſtitu. Et nota, quod abſentes, qui non ſunt vocandi in actibus capitularibus, non computantur in numero iſtarum duarum partium, quod idem eſt de vocatis per habentem poteſtatem, cõtemnentibus venire, quia faciunt ſe alienos, vt tradit Abb. in c. cum inter vniuerſas col. pe. de elect et in c. cum nobis. col. ii. in fi. not. eo tit. vbi ſingulariter not. ꝙ vocati ad capitulum per habentem poteſtatem, faciunt ſe alienos ſi comparere nolũt, ex quo infert ibi Abb. quod iſti non ſunt computandi in numero abſentium, ſeu in numero eorum, qui ſunt in capitulo, ſed quo ad actum tunc explicandum habentur perinde ac ſi nõ eſſent de capitulo Et hoc dummodo cõuocatio fuerit facta per præſidentem collegii. Nam alias ad validitatem actus ad minus duæ partes vocandorum debent eſſe præſentes, & ex illis duabus oportet neceſſario maiorem partem conſentire, vt dicit Abb in ca. in cauſis col. iiii. de elect & in cap. i. col penul. circa finem, de his quæ fi. a maio. par. cap. Idẽ tenuit Bartachinus de Firmo, in ſuo tracta. de epiſcopo, in iii. parte. i. libr. quæſt. xvi. verſi. xxvi. & alias eiſdem parte & libro, quæſt. xlv. verſi. lv. Et deficiẽte rectore, vel priore, ſeu decano, conuocatio capituli ſpectat ad antiquiorem de collegio, vt concludit Fely. in cap. cum omnes. col fi. de conſtitu. Idem tenet Petrus Rebuffi in ſuo tractatu nominationum quæſt. xxi. verſic. & antiquior dicitur. numero iiii. & ſequenti, vbi dicit, quod antiquior conſiliarius vel canonicus dicitur,

Digitized by Google

qui primo receptus eſt, licet ſit ætate iunior.

Notabile L X I I.

QVando duæ partes reſidentium ſunt præſentes, geſta a maiori parte illarum duarum dicuntur geſta a toto capitulo. Et inquantum dicitur vocandas eſſe duas partes, intelligi debet de reſidentibus, nam abſentes non vocantur, niſi in arduis, vt ſcribit Fely. in c. cum omnes. col. penul. de conſtitu. Regulariter enim ſufficiunt deſeruientes in eccleſia ad expediendum ea quæ incumbunt in capitulo, & ſufficit quod conſentiat maior pars capituli, requiritur tamen ad hoc, vt actus non poſſit aliquo modo impugnari, vt omnes deſeruientes vocentur ad capitulum. Ita ſingulariter Abb. in ca. cum inter vniuerſos. col. penul. de elect. ſubdens tamen, quod ad hoc vt actus valeat, requiritur neceſſario, ꝙ duæ partes reſidentium ſint præſentes, quia potentiæ capitulares reſident in duabus partibus, licet valeat quod facit maior pars illarum duarũ partiũ, quia maior pars capituli cenſetur hoc facere. Vbicũq; vero negocium eſt arduum, & graue, ſemper abſentes canonici vocandi ſunt, ſi commode vocari poſſunt, licet glo. quam allegat totus mundus in c. ii. de teſti. in vi. dicat, ꝙ in tribus caſibus tantum abſentes ſunt vocandi, ſed certe in illis caſibus vocantur propter arduitatem negotii, ergo idem in omnibus arduis conſimilibus, vel maioribus, ſecundum Abb. in c. cum ex iniuncto col. ii. circa fi. de no. ope. nuntia Hanc ſentẽtiam ſequutus eſt Fel. in d. c cum omnes. col. xv. verſi. Secunda opinio. de conſti. In his tamen conſuetudo ſi qua ſit in loco ſeruanda eſt ſecundum Barrachinum in ſuo tractatu de epiſcopo. in tertia parte, i. libr. q. vii. nume. ix.

Notabile L X I I I.

MInor pars capituli contempta ſeu nõ vocata,po teſt agẽdo de contẽptu reſcindere factum a ma iori parte,tex eſt in c.quod ſicut. & ibi Abb. in vii. no de elect.idem dicit Fely.in c.cũ omnes. col.xxi. verſi extra gloſ,ponit.de cõſtit.Nam plus obeſt con temptus vnius,quam contradictio multorum, vt po nit Abb in c.in ſi de his quæ ſi.a maio.par.ca.& in c.bonæ memoriæ.el.ii col.ii.in viii.no.de elect di- cẽs,quod ratio huius eſt, quia cõtemptus vnius dun taxat præbet facultatem retractãdi actum, vt ibi, & in c.venerabilẽ.eo ti. Secus in contradictione aliquo rum præſentium,quia talis cõtradictio nõ obeſt con tra factum maioris,& ſanioris partis. Sed aduerten- dum eſt nihilominus, ꝙ ſi ab aliquibus de capitulo cõtemptis, poterat actus validus infringi rõne con- temptus, illud vicium cõtemptus poteſt per ſingulos ſeparatim purgari,quia nõ ſundant actum,ſed remo uẽt obſtaculum,ſecundum Fel.in c.cum oẽs.col.xvii. de conſtitu.Nota tamen,quod ille non poteſt agere de contemptu, qui non habet poteſtatem dandi vo- cem in capitulo Ita do.Gemy.in c. ex eo quod col. I. in iii.not.de elect.in vi.

Notabile lxiiii.

ILli,qui nolunt intereſſe actui ſiẽdo in cap. non de bent compelli,niſi interſit eccleſiæ, nam pro inte- reſſe eccleſiæ poterunt compelli. Ita ſingulariter no- tat.Abb.in cap.quia propter.in ii.not.de elect.

Notabile L X V.

GEneraliter in actibus capitularibus, ſeu collegia- tis,non ſufficit canonicos ſeu illos de collegio ſe paratim conſentire,ſed oportet, ꝙ ſint tanq̃ collegiũ congregati,& collegialiter cõſentiant, vt tradit Fel. in c cum omnes.col.xvi. Idem tenet ibi Decius in I.

lectura. col. vi, & ſequenti, de conſtitu. Hinc eſt, ꝙ ſi papa mandat capitulo, vt eligāt vel præbendam conferant, debet hoc fieri collegialiter, ſecundum Fel. in d. c. cum omnes. col. xvii. in fine, & ſequenti. in prin. vbi ſubdit ſecus eſſe, ſi facta collatione per papam, ipſe mādet capitulo, vt illum recipiant in canonicum, nā cum hæc ſit nuda receptio facti, non expoſcit actū collegialem, vt ibi per eum. Idem Fely. in c. irrefragabili. col. ii. & ſeq. verſi. intelliguntur. de offi. or. ſic tenet gl. in verb. conueniant. § & cum humane. ti. de elect. in pragma.

Notabile lxvi.

IN explicandis per collegium, non ſufficit maior pars, niſi etiam ſit ſanior, nec etiam ſanior, niſi ſit etiam maior, vt not Abb. in c. licet. de vitanda. col. iii. verſi. not. ergo regulam. de elect. & in c. cum omnes. col. ix. Idem & ibi Fely col. xlii. verſi. decimo, tertio, & vlti. fallit. de conſtt. ſubiciens ibi, col. ſequenti. In princip. ꝙ in actibus mere prophanis, & non eccleſiaſticis, non requiritur ſanior pars, ſed tantummodo maior. Et ꝙ in dubio maior pars capituli præſumitur ſanior, niſi contrarium probetur, hanc ſententiam ſequitur Roch. de Curte, in ſuo tracta. de iure patro. in verb. honorificum, q. lix. nume. xcii. Aduerte tamen, ꝙ in omnibus actibus collegialiter explicandis, non valet quicquid facit maior pars præſentium, ſi illa pars non fuit maior pars, habito reſpectu ad illos, qui debebant vocari, ſecundum Abb, in c. in Geneſi. col. vlti. de elect. vbi ponit exemplum, in vniuerſitate ſunt duodecim, vnde cim ſe congregant contempto duodecimo, non valebit, quicquid fiet per ſex, quia computato abſente, non reperitur diſpoſitio facta a maiori parte totius capituli, vt ibi per eum,

Notabile L X V I I.

VNiuerſitas poteſt congregari per ſonum campanæ,vbi eſt hoc de more.& poteſt circa hoc dari hæc regula,ꝙ in negotiis, quæ poſſunt expediri per præſentes, ſufficit vocatio per ſonum campanæ,dummodo talis ſit campana, quod ipſius ſonus peruenire poſſit ad intelligentiam exiſtentium in loco, ſed in negociis,in quibus abſentes ſunt vocandi, non ſufficit vocatio per ſonum campanæ, ſed debent abſentes vocari per nuntium vel literas.Ita declarat Abb . in ca.in cauſis col.iii.verſi.nota ibi cāpanam,de elect.

Notabile L X V I I I.

SI ſtatutum vniuerſitatis diſponeret, ꝙ ſcholares, qui deberent matriculari, ſoluerent xl.ſolidos,nō eſſet iniuſtum,licet prius recepti minus ſoluiſſent . Ita ſcribit Decius in cap. cum omnes colum ii.ver. Sed tamen,quod dicit Hoſtien.de conſti.

Notabile L X I X.

CAnonici poſſunt per alios ſiue canonicos,aut alios idoneos officiare in eccleſia collegiata ceſſante ſpeciali conſuetudine eccleſiæ.gloſſ.eſt in verb. vel alium.§.qui autem.titu.de tabu.penden.in choro, in pragma.Sanctio. verum, ſi canonicus impeditur caſu,non tenetur dare ſubſtitutum,ſecundum Pe.Rebuffi,in verb : impedimento ceſſante legitimo. §.i. verſi.quæro an durante impedimento.in rub.de collatio.in concorda.

Notabile L X X.

INepta vocatio illorum de collegio,non nocet, ſi ex ea ſe congregant numero ſufficienti, prout dicit Fely.in ca.illud colum.quarta,verſic.Quarta declaratio de præſcrip.Idem tenet Decius in cap.cum omnes,colum.vii.in princi.in prima lectura.de conſtitu.dicens,quod ex quo ſunt omnes præſentes,non

eſt qui

eſt qui lædatur ex eo quod vocati non fuerint, alle- gat hoc idem voluiſſe Baldum in.l.nulli.ff.quod cu iuſq; vniuer.in gloſſ.in verb.duæ, vbi inquit, quod quando omnes ſunt præſentes, non requiritur con- uocatio.

Notabile lxxi.

ANtiquiores Canonici intelliguntur non ætate, ſed receptione. Ita concludit Gemy. poſt gloſſ. in cap.cum in tua.col. vii.de conſuetu.in ſexto. Hoc idem ſequitur Decius in c.cum omnes, in ii. lectu. col.iii.verſi.& ad prædicta notandum eſt.de conſti. Idem & Pet.Rebuffi in ſuo tracta. nominationum. q.xxi.verſi Et antiquior.nume.iiii. & ſequenti, vbi refert ſic Arreſto fuiſſe in ſenatu Pariſienſi declara- tum, ꝙ ille dicitur antiquior inter præſentes,qui pri us receptus eſt,licet alius abſens fuerit prius receptus, quam iſte præſens. Et quod antiquior conſiliarius vel canonicus dicitur,qui primo receptus eſt,licet ſit ætate iunior, verum etiam iunior præferri debet, quando habet dignitatem,& antiquior eam non ha bet,ſecundum Fely.in rub.de maio,& obed.col.ii. verſi.præcedit etiam. Seruatur enim ordo temporis tantum inter exiſtentes in æquali dignitate, ſed vbi ſunt inæquales dignitates,non ſeruatur ordo tempo ris. Sed ille eſt prior aliis, qui maiorem habet di- gnitatem, vt declarat Bartho. de Chaſſeneus in ſuo catalogo Gloriæ mundi,in prima parte, conſidera- tione lxxix.

Notabile lxxii.

NOn dicitur maior pars capituli partium com- paratione minoris, ſed reſpectu totius collegii, prout tradit Fely.in c.cum omnes.col.xiiii.de cõſti. dicens, ꝙ eſt ſpeciale in electione prouincialis de or- dine minorum, quæ valet facta a maiori parte reſpe-

ctu partium minorum. Iſtud idem declarat Abb. in c. eccleſia veſtra. I. i. col. ii. de elect. vbi not. quod in omnibus explicandis per collegium, datur pro regula. vt non valeant geſta, niſi fiant a maiori & ſaniori parte collegii. Sed non poteſt dici maior pars capituli, vbi non eſt maior omnium, qui interſunt capitulo. Et quod maior pars reſpectu partium minorũ non poteſt dici maior pars capituli, quia capitulum ꝯſtituitur ex omnibus ibi præſentibus. Idem Abb. in c. quoniam, col. penul. & ſi. de iure patro. vbi iſtud exemplificat, vt ſi in vniuerſitate ſunt centũ, & quinquaginta eligunt vnum, & triginta eligunt alium, & alii alterum, nulla electio valet, quia non reperitur facta a maiori parte totius vniuerſitatis. Hoc idẽ voluit Bald in di. cap. eccleſia veſtra & Decius in dicto cap. cum omnes, in ſecunda lectura. colũ. penul. verſic. & quod dictum eſt de maiori parte, addens quod iura quæ in materia collegii, vel vniuerſitatis loquuntur de omnibus, verificarentur etiam in maiori parte. Simile ponit exemplum Bartachinus de Firmo, in ſuo tracta. de epiſcopo. in prima parte iii. lib. quæſt. xliii. nume. lxii, vbi quærit quid ſi vnus habuit quinq; voces, alius a quatuor alius a tribus de xii. canonicis, an præferatur is qui habuit plures voces. Et reſpondet concludendo quod non, quia nõ habet voces a maiori parte capituli, quod requiritur Hoc idem tenet Pet. Rebuffi, in verb formam. in rub. de regía ad præla. nomi. facit. §. vlt verſi. xliii.

Notabile lxxiii.

QVando capitulum eſt congregatum, & dem ũ aliqui exeant de capitulo, poſſunt remanentes explere ea, quæ incumbunt, aliorum abſentia non obſtante, vt tradit Abb. in capit. cum nobis. colum. fina. de elect. Idem & Lap. alleg. cxxxi, & Oldra,

conſil. cxxii. Cui conuenit quod notat Gemy. In capit. vbi periculum. §. ſane de electio. in ſexto, dicens. quod ille de collegio, qui non vult intereſſe actui fiendo per collegium, non eſt amplius requirendus, & ſimiliter exiens de collegio ante finitum negotium, quando ex cauſa non egreditur, vt ibi per eum. Hoc idem dicit Archidiaconus in capitulo, Si forte. lxv. diſtin. quod tamen limitat eſſe verum Abbas in dicto capitulo, Cum nobis, colum. fina. niſi recedant duæ partes perſonarum capitularium, quia illi recedendo, qui in illa maiori parte repræſentant capitulum, videntur reuocare vocationem factam. Sed aduertendum eſt, quod hæc limitatio Abb. non videtur procedere, quando conuocatio vniuerſitatis fit per eum, ad quem de iure vel de conſuetudine ſpectat conuocatio vniuerſitatis. Talis enim citatio conſtituit non venientes in contumacia, adeo, & in tantum quod venientes duntaxat poſſunt explicare ea quæ incumbunt agenda, licet venientes non faciant maiorem partem, ſed longe minorem. Ita ſingulariter notat Abb. in cap. in cauſis. colum. IIII. de elect. Idem in cap. cum omnes. colum. fina. & ibi poſt eum Fely. col. penul. verſi. Secunda concluſio. de conſti. Et contumax dicitur ille, qui citatus comparuit, ſed illicentiatus receſſit. Ita ponit Nicol. de Milis in ſuo repertorio, in verbo Contumax dicitur ille. & Fel. in c. I. col. pe. verſ. vtrũ recedẽs a iudicio. de iudi. Idẽ ſcribit ibi Decius col. IIII. in v. no. ſubliciẽs, quod ideo pœna quæ imponitur non comparenti, etiam locũ habet in eo qui comparuit, & abſq; licentia recedit, per gloſ. no. in c. cupientes. §. ꝗ ſi per viginti dies. in verb comparere. de elect in vi. Sed quando vniuerſitas per ſe cõgregatur, & non per præſidentem illius,

nam oportet,quod tunc ſint duæ partes præſentes,ſe cundum Abb.in.d.c.In cauſis,col.iiii. & in d capi. cum omnes,col.fi & ibi Fely.col.penul.verſi. Secunda concluſio. An vero valeat id quod fit a canonicis, ſi vnus eorum, qui actui intereſſe debebat ex neceſſitate receſſit, ſed cum licentia reſpondet quod non, Bartachinus de Firmo in ſuo tracta. de epiſcopo. in tertia parte.i.lib.q.lv.nume lx.ſecundum Inno.in c. conſiderauimus,de elect.& ibi docto.& Bald.refert & ſequitur in Mar.verſi.elect xxii.

Notabile lxxiiii.

ELectio prælati debet fieri in capitulo vel in choro,put tradit Abb.in cap.cum inter canonicos, in ii.not.de elect valet tamen electio,licet non fuerit facta in loco conſueto. Abb in cap.cum terra. col fi. eod tit.quod verum eſt,dummodo fiat infra ambitum eccleſiæ Si enim ceſſante cauſa legitima, electio prælati fieret extra ambitum eccleſiæ,non valeret. Ita concludit Abb in c.quod ſicut.col.iii eo.tit.& glo. in verb.locum.§.& cũ humanæ fragilitatis de elect. in pragma Sanctio.dicens tamen finaliter, ꝙ conſuetudo eccleſiæ in his ſeruanda eſt.

Notabile lxxv.

SI epiſcopus habet vocem in capitulo tanq̃ canonicus,non debet habere primum locum in capitulo,quia non eſt ibi, vt epiſcopus, ſed prior capituli debet habere primum locum, gloſſ. eſt notabilis in cap a collatione de appella.in vi.quam allegat & ſequitur Abb.in cap auditis,colum ii de elect. Idem tenet Fely.in rub.de malo.& obedi.col. ii.verſi.rector ſtudii,dicens,quod epiſcopus,qui eſt in capitulo,vt canonicus,non præcedit capitulum, tamen ratione dignitatis debet ſaltem habere ſecundum locum in capitulo.Idem & Bartholo.de Chaſſeneus in

quarta parte ſui catalogi Gloriæ mundi, conſideratione xlv. Nota tamen, quod ceſſante ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ debet epiſcopus primum locũ obtinere, quia de iure ipſe ẽ caput, & canonici mẽbra. c nouit. de his quæ fi. a præla. not. Abb. in c. poſtulaſtis, col. ii. verſi. Sed quæro pro declaratione literæ. de conceſ. præben.

Notabile lxxvi.

Circa ea, quæ communia ſunt pluribus vt ſingulis, regula facit ꝙ maior pars non poteſt in tali re aliquid diſponere in præiudicium eius, qui non conſentit. Ita Decius in c. cum omnes. in I. lectura. col. ii. verſi. & primo circa ea. de conſtit. ſubiiciens ibi, col. ſequenti. quod hæc regula locum habet, quando iure proprio & ſingulari ius competit, ſecus vero in iure eccleſiæ, quia tunc in redditibus ſuperfluis attenditur quod ſit a maiori parte. Et quod in his, quæ communia ſunt pluribus vt vniuerſis, puta in rebus collegii vel vniuerſitatis, attenditur quod fit a maiori parte, & quod hoc tali ratione confirmari poteſt, quia in facto vniuerſitatis vel collegii non agitur de intereſſe ſingulorum, & ideo maior pars ſufficit, quia repræſentat totam vniuerſitatem. Et iſta ratio ſecundum eum militat etiam in actibus voluntariis.

Notabile lxxvii.

Capitulum poteſt facere Abbatem ſuum procuratorem, vel ſyndicum in cauſa ipſius capituli, vel in cauſa communi prælati & capituli. Sed quantum ad hoc, ꝙ virtute huius procuratorii admittatur prælatus ad agendum non habet effectum, cum alias id poſſit de iure, vt per Fely. in c. edoceri. col. v. de reſcrip. & ibi Abb. in ii. no. & alias col. penul. dicens, quod quilibet prælatus quocunq; no-

mine nuncupetur, poteſt & tenetur ſolus procurare negotia ſibi & capitulo communia, quia ex officio adminiſtrationis ſibi iniunctæ ad hoc tenetur. Iſtud idem ſequitur Decius in capit. reprehenſibilis, col. ſi. verſi. quinto, & vlt. de appella.

Notabile lxxviii.

SI verbum, Capitulum, iungitur cum verbo ſonante ius, debemus vti verbo ſingulari, vt capitulum habet iuriſditionem. Sed ſi iungatur cum verbis ſonantibus actum, ſeu exercitium ipſius actus, debemus vti verbo plurali, vt capitulum dederunt voces, vel appellauerũt, quia actus ſunt ſingulorũ, ius vero penes ipſum corpus collegii. Ita declarat Abb. in c. capitulum. col. ii. & ibi Fely. colum. prima. de reſcrip.

Notabile lxxix.

ANniuerſarium ſi contingat in die dominica, vel in alia celebrari ſolennitatem, non debet mutari ad ſequentem diem, prout ſit in feſtis ſanctorum, ſed fiat in die præcedenti, vt citius occurratur pœnis defunctorum, quas in purgatorio ſuſtinent. Die enim feſtiuo anniuerſarium celebrari non debet, nec miſſa pro defunctis dici, niſi corpus præſens fuerit, tunc ſic, quia omni tempore poteſt miſſa pro defunctis celebrari cadauere præſente, niſi in Paraſceue, tunc enim non debet corpus intumulari, nec miſſa pro eo cantari, quia tunc corpus Chriſti immolari non debet, ſed vſq; in craſtinum reſeruetur. Et tunc, ſcilicet in ſabbato, poteſt miſſa pro illo cantari, & corpus ſepeliri. Similiter ſi quis in die Paſchæ moriatur, corpus eius vſq; in craſtinum reſeruetur ſuper terram, & tunc cum celebratione miſſæ ſepellatur. Ita dicit Ioan. de Sel. in i. parte ſui tractatus de beneficio q. v. verſi. lxii.

Notabile lxxx.

ELectio prælati eccleſiæ collegiatæ de iure ſpectat ad capitulum ipſius eccleſiæ tex. eſt in c. i. de elec. Niſi conſuetudo diſponeret, quod ſpectaret ad collationem epiſcopi, quod eſſe poteſt, vt no. Io. And. poſt Hoſt. in c. cum venerabilis. de excep. & in ca. ii. de in integ. reſti. & in cap. nobis de iure patro. & in cap. accedentibus. de exceſſi. præla. quos refert & ſequitur Ioan. de Selua in ii. parte ſui tracta. de beneficio. q. xxii. num. xiiii. Nam epiſcopus poteſt de iure ſpeciali, puta ex conſuetudine, habere ius eligendi in eccleſia collegiata, etiam regulari, vt not. Abb. in c. cum veniſſent. in ii. not. de in integ. reſt. Subdens per illum tex. quod poteſt induci generalis conſuetudo, vt in omnibus eccleſiis collegiatis epiſcopus loci habeat prouiſionem prælatorum. Et quod ſic poteſt d. c. i. de elect. tolli, per contrariam conſuetudinem. Aduerte tamen, ꝙ licet eccleſia collegiata eligat ſibi caput, non tamen eligit ſeu inſtituit canonicos, ſed epiſcopus confert canonicatus, etiam ſine collegii præſentatione, niſi conſuetudo aliud dictet, vel niſi præbendæ ſint dotatæ de bonis eccleſiæ, quod in dubio præſumitur, ſecundum Fel. in. c. cum venerabilis, col. xiiii. & ſequenti. de excep. Ex quibus concluditur, quod ceſſante conſuetudine, aut priuilegio ad priuilegium ipſius collegiatæ eccleſiæ pertinet præſentatio, & inſtitutio ad epiſcopum, prout dicit Ioan. de Sel. in ſuo tract. de beneficio in ii. parte, q. xxii. nu xiiii. In cathedrali vero eccleſia collatio dignitatũ, canonicatuũ, & præbẽdaꝝ illius eccleſiæ de iure patronatus alicuius non exiſtentiũ, ſpectat & pertinet de iure ad epiſcopum et capitulum ſimul, in aliis autem dignitatibus extra cathedralem eccleſiam ſitis inſtituet epiſcopus cum

ut tradit Abb. in cap. pen. col. ſi, de Clericis non re ſi. Idem Abb. in c. dilecta. in ii. no. de exceſ. præla. & in cap. Cumana. in v. no. de elect. & not. in cap. ii. de inſtitu.

Notabile lxxxii.

AD eſſe collegii non requiritur de neceſſitate prælatus, arg. l. i. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. no. Inno. in cap. cum non ignores. de præben. quia licet habere caput ſit de ſignis collegii, non ſequitur tamen de neceſſitate, ꝙ ſi ibi non ſit caput, ꝙ non poſſit eſſe collegium, quod intelligi debet de capite ſpeciali, quia non poſſet eſſe ſine capite generali, puta epiſcopo, vel papa, alias eſſet vniuerſitas Acephala contra iura. hoc tenet gl. in verb. collegium §. i. ti. de elect. In pragma. & Io de Sel. in ii. parte ſui tract. de beneficio. q. xvi. col. v. Et ſic vbi collegiū eccleſiaſticū caret capite a quo cæteri gubernētur, cura illoꝝ de collegio. ē penes ipſum collegiū. Et ſic ipſa maior pars collegii eſt ibi loco capitis, q͞a collegiū nō pōt eſſe omnino ſine capite. Ex quo infertur, quod quis poteſt eſſe maior ſeu principalis in collegio, & tamen non habere iuriſditionem in collegio, ſecundum Fely in c. ex literis. col. iii. de conſtit. Et licet nemo ſibi imperet. l. pe. ff. de arbi. cum ſimi. tamen capitulum quando habet iuriſditionem, imperat ſingulis de capitulo, quia aliud ſinguli, & aliud vniuerſi, ita pulchre Fely. in cap. eam te colum xi. de reſcript.

Notabile lxxxiii.

VAcante eccleſia, Abbate ſeu prępoſito, ille qui eſt antiquior in ordinatione habet conuocare capitulum. Et cæteri tenentur venire ad ipſius vocationem, non tamē per hoc exercebit iſte iuriſditionem in alios, niſi hoc habeat conſuetudo, vnde non poterit punire non venientes, neq; poterit facere cōtractus

nomine eccleſiæ, nec agere, quia per iſtam prioritatem non eſt prælatus eccleſiæ, ſed habet iſtam maioritatem in honoribus, & in iſtis maioritatibus, habebit tamen hæc vocatio ad capitulum per iſtum facta hunc effectum, quia poteſtas reſidebit penes venientes, & ſic faciet abſentes contumaces. Et hoc procedit niſi in collegio ſit alius, ad quem de iure vel conſuetudine ſpectet cōuocatio capituli, vt inquit Abb. in c. i. col. ii. de malo. & obed. Idem dicit Fely. in c. cum omnes. col. ſi. de conſtitu. regulariter enim ſi clerici ſunt diſperſi, debent vocari per illum qui eſt caput capituli. Et ille, qui eſt nobilior & potentior in liga, intelligitur ſuperior ad conuocandum illos. Et ſi conſtitutio eccleſiæ dicit, primus eligat vel conferat, intelligitur de primo, qui eſt maior in dignitate, non autem de illo, qui eſt primus rōne temporis. Ille. n. pōt dici primus q eſt primus rōne dignitatis, non autem qui eſt primus ratione temporis. Ita late deducit Fel. in ca. i. colum. i. & ii. ac ſi. de malo. & obed. Verum capite ſeu prælato deficiente ſeu abſente, tunc ad antiquiorem de collegio, vt præmittitur, ſpectat conuocatio capituli. Et ita concludit Pe. Reb. in ſuo tracta. nominationum, q xxi. verſi. ii. & iii. dicens in dicto verſi. ii. quod penes antiquiorem debent eſſe claues, & remanere. Et quis dicatur antiquior poſui ſupra, alio nota.

Notabile LXXXIIII.

SI canonici ſunt congregati in ſufficienti numero, tamen multi noluerunt dare vocem, illi habentur pro affirmantibus, ſecundum Fely. in cap. primo col. ii. verſi. quæ ſit verior opinio. de malo & obed.

Notabile LXXXV.

SI rectori & vniuerſitati detur poteſtas eligēdi notarium, tantam vocē habet rector ſolus, quantam

tota vniuerſitas niſi de mente ſtatuentium aliud appareat, quia tantum habet nominatus, quantum plures innominati coniuncti per nomen collectiuum. vnde ſi prælatus cum capitulo incidit in aliquam pœnam, capitulum tenetur pro dimidia, & prælatus pro alia, prout tradit Fely. in ca. paſtoralis. col. penult. & fina. de reſcrip. hoc idem dicit Roch. de Curte in ſuo tractatu de iurepatro. in verb. ipſe vel is a quo cauſam habuit. quæſt tertia, nume. viii. & ſequenti. Idem & Ioan. de Selua. in ſuo tractatu, de beneficio, in ſecunda parte q. xvii. colum. vi. & duabus ſequentibus, concludens hoc eſt verum, vbi ius prælaturæ diſtinctum eſt a iure collegii, vt in epiſcopo, qui non eſt proprie de capitulo, ſecus autẽ in alio qui ius ſuum habet confuſum cum capitulo.

Notabile LXXXVI.

CApitulum poteſt ſede vacante vnire beneficia in caſibus, in quibus poteſt epiſcopus, dummodo nihil pereat iuri epiſcopali, hoc tenet Fely. in c. cum olim, col. v. de malo. & obed.

Notabile LXXXVII.

CApitulum nullam habet iuriſditionem, niſi ex priuilegio vel conſuetudine ſibi competere noſcatur, text. eſt & ibi Abb. in cap. cum contingat. colum. i. in iiii. not. de foro compe. & text. in ca. irrefragabili. §. exceſſus de offi. ordi. vbi Abb. col. ii. in glo. per capitulũ, dicit ꝙ iuriſditio pertinet principaliter ad epiſcopum ſolum, licet debeat requirere conſilium capituli. Et quod hodie cõmuniter epiſcopi præſcripſerunt contra capitula, vt abſq; eorum conſiliis poſſunt punire ſubditorum exceſſus, & alia iuriſditionalia exercere, nec talis preſcriptio ſeu conſuetudo improbatur, vt in ca. iii. de conſuetu. Idem & Abb. in cap. non poteſt. colum. iii. de re iudi.

Digitized by Google

cum non liceat. In tertio not. de præſcrip. quod cleri cus iurans ſubiectionem epiſcopo & capitulo iuxta c. cum clerici. de verb ſigni. non eſt ſubiectus ſingulatibus de capitulo, quia aliud ſinguli &c.

Notabile lxxxix.

DE geſtis in capitulo ſtatur dicto illorum de capitulo. Et vbi tractatur de intereſſe collegii, non vt ſingulorum, illi de collegio ſemper ſunt idonei teſtes. Iſtud tradit Fely. in cap. tertio loco, col. ii. de proba. Non ſunt tamen teſtes omni exceptione maiores in cauſa collegii, verum in actibus, qui de facili probari non poſſunt, niſi per illos de collegio, quia ipſi melius ſcire poſſunt & præſumuntur, ideo in talibus caſibus aliis præferuntur, ſecundum Decium in d. cap. tertio loco. col. v. verſic. retenta tamen communi.

Notabile. X C.

SI epiſcopus eget in epiſcopatu ſuo aliqua camera, vel domo, quæ eſt capituli, poteſt de illa fieri allenatio abſq; ſolennitate, quia non exit eccleſiam, ſecundum Fely. in c. cum cauſam, col. i. de prob. & in c. quæ in eccleſiarum. col. xxxv. verſi nona & vltima declaratio. vbi tenet ſimiliter, ꝙ epiſcopus, qui iurat nõ alienare res epiſcopatus, poteſt nihilominus donare capitulo ſuo, quia non exit eccleſiam Contrarium tenuit Bonifacius de Vitalinis in Clem ii. §. ſi. nume. xvi. de reb. eccle. non alie. dicens, ꝙ epiſcopus habens menſam abundantem non poteſt menſæ capituli egenti per ſe ſolus donare perpetuo aliquid de iuribus menſæ epiſcopalis, quia ſi donare vellet extraneo requiritur conſenſus capituli, vnde hoc caſu oportet, ꝙ loco conſenſus capituli requiratur conſenſus alterius, nec obſtat quod non eſt alienatio, cum totum remaneat eidem eccleſiæ. arg. l. vnum ex familia. §. ſi

de falcidia. ff.de le. ii. Nam in eo quod detrahitur a menſa epiſcopali diſtincta a menſa capituli eſt alie natio, quam ſolus epiſcopus facere non poteſt. ca. i. de reb. eccle. non alie. Non eſt ergo fienda differentia in ter res quæ valuntur, cuius ſint, ſed ſolum, ꝙ in vnio ne interueniat conſenſus habilis & ſufficiens. Ex quo enim eſt actus per ius limitatus, vt certo modo expe diatur, eo non ſeruato nihil valet quod geritur. arg. l. diligenter. ff. manda. facit ad præmiſſa, auth. qui buſcunq;. C. de ſacro ſan. eccle. tamen pro opinione Fely. facit quod pulchre deducit Hippo. Marſil. in ſing. ſuo. ccccxlvii. incip. faciens contractum, vbi con cludit, ꝙ ſtante ſtatuto, quod filiusfamil. non poſſit contrahere ſine conſenſu patris, ſi filius contrahit cũ patre, valet contractus. Subiiciens, ꝙ ſi conſtitutio epiſcopi prohibet alienationem fieri ſine ipſius con ſenſu, & clericus alienet. in ipſum epiſcopum non in currit pœnam ſtatuti, quia ex illo actu videtur ei da re licentiam.

Notabile XCI.

SI prior nullos habeat monachos, non dicitur ha bere dignitatem. Iaſ. conſil. lxxvii. incip. præſup ponitur colum. vi. in primo volu quem allegat & ſe quitur Pe. Rebuffi, in verb. prioratibus conuentuali bus. §. monaſteriis vero. in rub. de regla ad prçla. no. faci. in concorda. Et hoc licet etiam ſit curatus, vt no. Bonifacius de Vitalinis per illum tex. in cle. ne in agro. §. cæterum. num. xix. de ſta. mona. poteſt nanq; prioratus eſſe ſimplex, & non collegialis, vt tra dit Cardin. in Clemen. ii. quæſtio. iii. num. vii. de æta. & qua.

Notabile XCII.

IN edictis, citationibus, & inſinuationibus vniuerſi tati faciendis, ſufficit, ꝙ in loco congruo corã ma

loribus & aliis ibidem inuentis publice proponan-tur, gl in c. Si capitulo in verb. facta. de conceſ preb. in vi. Fortius dicit Lud. Roma, in ſing. ſuis notabili. ccccccclvi. ꝙ ſufficit citationem fieri maiori de collegio ad hoc vt comprehendat alios de collegio, hoc idem tenet Fely. in ca. i. col. penul. verſi. demum circa aureũ dictũ Inn. de malo. & obe allegat Archi. iſtud idem dicentem in c. comeſſationes. xliiii. diſt.

Notabile XCIII.

FRuctus, qui hoc anno inter canonicos diuidũtur, debẽtur ẽt canonicis nouis, dato ꝙ ſint de annis præcedẽtibus eoꝝ receptionẽ, q̃a debentur capitulo, vt capitulo, nõ vt ſingulis. Et capitulũ ſemper eſt idẽ, vt tradit Fel. in c. eã te. col. xi. verſi. aliud ſinguli. de reſcrip. & in c. dilectus. el ii. col. ii. in fin. de Symo.

Notabile XCIIII.

PRiuatus omni iure collegii, ſi reſtituitur, non recuperat primum locum. Fely. in c. ex inſinuatiõe columna ſecunda, verſi. extra glo. de Symo. Hoc idem dicit Pet. Rebuffi, in ſuo tractatu nominationum, quæſtio. xxi. verſi. Secundo limitatur. nume. xxi Subdens ꝙ canonici, qui tempore infirmitatis reſignant ſuas præbendas, ſi poſtea reconualuerint, & eaſdem præbendas obtinuerint per aliam reſignationem, non poſſunt venire ad loca, quæ primo habebant in eccleſia, ſed tanq̃ venientes de nouo, vltimas ſedes habebunt, & tenentur ſoluere pro ingreſſu ſicut ſi de nouo venirent, quia vere de nouo veniunt.

Notabile XLV.

LIcet canonicus eccleſię cathedralis ſit vicarius epiſcopi eiuſdem eccleſiæ, tamẽ ſedebit in choro, & capitulo in loco alias ſuo, quando eſt ibi vt canonicus, vt tradit Gem. in cap. a collatione, colum.

Digitized by Google

penul.verſi.nota tamen ex iſta gloſ.de appella.In vi. & idem poſt eum Fely. in rub. de malo. & obe.col. ii.verſi.rector ſtudii.& Bartholo. de Chaſſeneus in quarta parte ſui catalogi Gloriæ mundi.xlv.conſide ratione,& ſequenti,vbi dicit tamen, quod vicarius epiſcopi exiſtens in actu,in quo eſt vt vicarius, ſedebit in loco maioris.c.præcipimus.xciii.diſtinct.

Notabile XCVI.

PRæbendæ omnes in collegiatis eccleſiis tempore inſtitutionis debent eſſe æquales,vnde præbendę ſucceſſorum vel nouiter inſtituendorum,non debent eſſe minoris valoris, q̃ præbendæ antiquorum. not. Abb.in c.cum M.Ferrarien. col.iii.de conſtitu. Hoc idem concludit Pet.Rebuffi in gloſſ.inibi conſiſtentem.§.primo.tit.de collatio.in cõcordat. ſubiiciẽs, in fi. quod ideo præbendæ ſancti Hilarii Pictauien. reductæ fuerũt nuper per Senatum ad æqualitatem.

Notabile XCVII.

VBicunq; agitur de tribuendis honoribus alicui dignitati de nouo conſtitutæ, recurrendum eſt primo ad ius commune, quam ad conſuetudinem aliarum vicinarum eccleſiarum. Si vero ius commune nihil diſponit,attendenda eſt conſuetudo generalis,vel ſpecialis illius loci,qua etiam deficiente recurrendum eſt ad cõſuetudinem vicinarum eccleſiarum. Concluſio eſt Abb.in cap.cum olim.colum. fi.verſi. in gloſſ.in verbo,illam.ibi,quod minorem,de conſuetu. ſubiiciens, quod ſi hodie de nouo erigeretur ſtudium generale in aliquo loco, deberet illa vniuerſitas habere integra priuilegia.authen.habita.C. ne filius pro pa. vt etiam in criminalibus haberent ſcholares iudices proprios, non obſtante quod ibi gloſſ. dicat,quod doctores & ſcholares renuntiauerunt illi auth.in criminalibus,per non vſum, ſeu per conſue-

tudinẽ

tudinem oppoſitam. Dicit enim, quod conſuetudo nocet duntaxat in illis locis vbi viguit, ſed ex quo ſtudium erigitur de nouo, debet prius recurri ad ius commune.

Notabile XCVIII.

SI capitulum vocat canonicum, qui neceſſario nõ debet vocari, valet actus factus, eo non expectato. Fely. in ca. examinata col. vii. de iudi.

Notabile XCIX.

NOn valet conſuetudo capituli etiam iurata diſponens, vt omnes de capitulo debeant concordare, & quod aliter non valeat actus. Nam talis conſuetudo eſt contra vtilitates eccleſiæ, cum homines ſint faciles ad diſcordiam, vnde ſæpe impediretur vtilitas eccleſiæ, ſi diſpoſitum a maiori parte non haberet effectum, vt not. Abb. in c.i. colum. ii. verſi. vlterius not. ex eo verbo, de his quæ ſi. a maio parte cap. Inferens ex hoc, ꝙ vniuerſitatibus eccleſiaſticis non valet ſtatutum, nec conſuetudo, vt duæ partes ad minus debeant concordare, ſed ſemper præualere debet diſpoſitum a maiori parte, dummodo illa pars ſit ſanior. Decius tamen in cap. cum omnes, colum. penul. in princip. de conſtit. in ſecunda lectura, concordando opiniones contrarias ſic diſtinguit, quod aut conſtituitur generaliter in omnibus caſibus, & non valet ſtatutum, neq; conſuetudo, quia difficile eſſet expedire negotia eccleſiæ. Aut hoc conſtituitur in aliquo caſu particulari, et valet ſtatutum, vel conſuetudo. Et hoc videtur voluiſſe Abb. in ca. conſtitutus. col. tertia, in princip. de appella vbi no. ꝙ illi de vniuerſitate poſſunt ſtatuere vt non valeat actus, niſi habeatur omnium conſenſus, nec eſt contra ius commune, ex quo a principio hoc voluerunt omnes, quod dicit procedere, niſi in actu eſſet a iure ge-

O

d ita certa forma, vt valeat actus a maiori parte, vt in c. quia propter. de elect. vel niſi ꝓpter iſtam reformationem impediretur vtilitas eccleſiæ Nam vbicũq; inſtaret vtilitas, vel neceſſitas eccleſiæ, putat ſi omnes nõ poſſent eſſe cõcordes, quod ſtatuto cõtrario non obſtante actum valeret a maiori parte arg. c. i. de his quæ fi. a maio. par ca. & c. cũ omnes de cõſtitu. ſubiiciẽs, quod ſic ecõtra poteſt vniuerſitas ſtatuere, vt valeat actus gerẽdus a pluribus de vniuerſitate, licet nõ faciãt maiorem partem totius vniuerſitatis, ſed ſint plures partium comparatione minoris, alias autem nõ valet, quod faciũt plures de vniuerſitate niſi cõſtituant maiorem partem totius collegii, dixi ſupra.

Notabile C.

SI epiſcopus intereſt capitulo, vt prælatus & canonici ſint viginti, nõ ſufficit, ꝙ habeat ſecum decẽ, qa nõ haberet maiorem partem capituli, ſecus ſi ipſe intereſſet vt canonicus, qa tũc ipſe computatur in numero, vt canonicus, & ſic eſſent vndecim. Et illud quod dicitur in epiſcopo, intelligi debet de quolibet alio prælato ſeu collegio. Ita ſingulariter not. Ab. in c. poſtulaſti. col. tertia, circa fi. de cõceſ præb. glo. in ca. vno. in verb. aſſenſu, ne ſede vacan. in vi. & Ioan. de Sel in ſecunda parte ſui tracta. de beneficio, q. xvii. col quarta, vnde quãdo epiſcop. eſt in capitulo, vt prælatus, non habet vocem in illo, ſed ſolum habet poteſtatem concludendi ſecundum maiorem partem capituli, vt not. in cap. a collatione. de appella. in vi.

Notabile CI

PRincipaliores de eccleſia nõ poſſunt impune ſcribere literas ſub nomine capituli inſcio capitulo, notat Abb. in cap. tam literis. col. ſecunda, de teſti. & in c. ſuper his de teſti. cogen.

Notabile CII.

NOn de neceſſitate, quãuis ſit bonum, vt nomina illorum de vniuerſitate ſeu collegio debeãt deſcribi in inſtrumento confecto ſuper diſpoſitis ab vniuerſitate, niſi in caſibus a iure expreſſis. Concluſio eſt Abb in cap. quanto col. ſecunda, de his quæ ſi a prę la. & in cap vno de ſyndico, vbi decidit, quod in cõſtitutione ſyndici, vel aliis gerendis per vniuerſitatẽ, ſeu collegium, non eſt de neceſſitate in inſtrumento conficiendo ſingulorum nomina de vniuerſitate exprimi, ſed ſufficit dicere, vniuerſitas talis loci, vel capitulum talis eccleſiæ fecit ſic, &c Et ſi tale inſtrumentum habet ſigillum capituli indubitanter facit fidẽ, quod dictum ſecundum eum bene notari debet ad hanc cautelam, vt ſaltem ponderoſis inſeratur ſigillũ vniuerſitatis in inſtrumento, quia præſumptio eſt quod vniuerſitas legitime actum explicauerit, niſi probetur contrarium, hoc idem tenet Gem. in ca. ſi, col. vlt. verſi. Secũdo inducit tex de pac. in vi. dicens, quod vbi cõficitur inſtrumẽtum de geſtis p collegiũ, nõ eſt neceſſe exprimi nomina illorum de collegio. Iſtud verum eſſe decidit Ro. cxxxii cõclu. in antiqs. Dummodo ſigillum capituli ſit in inſtrumento appoſitum, eandem opinionem ſequitur Decius in ca. cum omnes, col. ſi. de cõſti in prima lect. cõcludens, quod licet de iure neceſſarium non videtur vt ſingulorum nomina eorum de collegio in inſtrumento deſcribantur, de conſilio tamen tutius eſt, vt exprimantur.

Notabile CIII.

AN autem in conſtitutione ſyndici, quem faciunt inferiora collegia, debeat interuenire conſenſus ſuperioris loci, vt puta monaſterium in rebus ſuis vult conſtituere ſyndicum, vtrum debeat epiſco-

pus conſentire. Vel vniuerſitas ſcholarium vult conſtituere actorem, ſeu ſyndicum, nunquid debeat conſentire ſuperior loci, puta epiſcopus, vel poteſtas, concludit Abb. quod non, in cap. vno. colum. ſecunda, de ſyndi. & in c. fi. colum. vlt. de procura. dicens, ꝙ in conſtitutione ſyndici ſeu procuratoris alicuius vniuerſitatis de iure nõ requiritur authoritas vel decretum ſuperioris, rector tamen ipſius vniuerſitatis debet intereſſe, & conſentire, cum ſit de ipſa vniuerſitate, & caput ipſius, hanc ſententiam ſequutus eſt Fel. in c. edoceri. colum. ſexta, circa fi. de reſcri. & Ludo. Roma. in ſingularibus ſuis. not. cclxxvii. Inci. collegium non poteſt.

Notabile CIIII.

SI vniuerſitas vel capitulum coadunatum eſt ad faciendum aliquid, & ibi ſit aliquis, qui nõ eſſet de corpore collegii vel vniuerſitatis, & velit omnino intereſſe, poteſt licite per vniuerſitatem expelli, quia turbat vniuerſitatem vel capitulum in quaſi poſſeſſione iuris, ita decidit Abb. in cap. primo, colum. tertia, de immu. eccle. & in cap. cum Vinton. col. fi. de elect. vbi concludit, quod ſi notoriæ priuati vellent intereſſe in capitulo, ab aliis nõ priuatis poſſunt etiam violenter expelli. Et quando vniuerſitas, ſeu collegium congregatur, & ibi ſit aliquis qui tumultu, aut contumeliis, vel riſibus vniuerſitatem ſeu collegium perturbauerit, poteſt eiici de collegio, ſeu de loco vbi congregatum eſt collegium, vt dicit Roma. in ſingu. ſuis not. cccccclxxiii per tex. in ca. in loco benedictionis. v. quæſt. quarta, facit tex. in c. veniens. & cap. cum voluntate § ſi quis de ſenten. excom. per quem gloſſ. in cap. dilectis. in verb. perturbare. & ibi Decius. colum. fina. de appella. Dicit, quod turbans diuinum officium poteſt eiici

de eccleſia, etiam ſine pœna excommunicationis, ſi eſt clericus,

Notabile C V.

Diſpenſatus vt poſſit habere præbendam etiam habentem ſacrum ordinem annexum, nõ eſt diſpenſatus, vt habeat vocem in capitulo, quia diſpenſatio operari poteſt ſine illo acceſſorio, cum operetur ſuper canonicatu. Ita Fely. in cap. poſtulaſti. col. xv. verſi ad idem, quod notat glo de reſcrip.

Notabile C V I.

SI aliquis diſpenſatur, vt poſſit ante ætatem ad ſacros ordines promoueri, poterit etiam dare vocẽ in capitulo, quia ad ipſam non erat inhabilis, niſi propter defectum ſacri ordinis, eo igitur ſublato, poteſt eam dare, vt tradit Fely. in cap. poſtulaſti col. xvi. verſi ad idem inducit glo. de reſcrip. Contrariam nihilominus ſententiam tenet ipſemet Fely. in cap. at ſi clerici colum. xix. de iudi. dicens, ꝙ diſpenſatus vt celebret ante ætatem, ſeu vt poſſit promoueri ad ſacros ordines ante ætatem legitimam, non poterit per hoc dare vocem in capitulo, durante minori ætate. Et militat pro iſta parte concluſio Ioan. de Selua in ſecunda parte ſui tracta. de beneficio. quæſtio. ſexta, nume. ſecundo, dicens, iſta concordando, ꝙ talis diſpenſatio operatur circa omnia alia quæ ſunt exercenda præter vocem in capitulo, & ita tenuit Boniſa. de Vitalinis in Cle. generalem. num. xxxiiii. & ſequenti de æta. & quali.

Notabile C V I I.

SI excommunicatus, ſeu alias fauore iuris publici prohibitus intereſſe in capitulo, admittitur ad eligendum ſcienter ſeu ad alios actus capitulares, inficitur actus, ſecus vero in illo, qui eſt inhabilis fauore aliorum habilium, quia illi poſſunt tũc alios habilitare.

Vnde ſi canonicus non exiſtens in ſacris admittitur ad vocem vna cum aliis, non vitiatur actus, vox tamen ſua non computatur in numero, concluſio eſt Abb. in ca. ſi. col. penul. de procurato. Hoc idem voluit Fely. in c. cum ſuper. col tertia, de offi. deleg. & in cum M Ferrarienſis. col. xi. in princip. de conſtit. Bonifacius de Vitalinis. in Clemen. ſecunda, colum. tertia, verſic. tertio quæro. nume. xxiii. & xxiiii. de æta. & quali.

Notabile CVIII.

SI a canonico nouo percipiatur aliquid, debetur ei portio illius ſummæ. Et ſi canonicus tenetur dare capitulo fructus primi anni, & diuidantur poſtea inter ſingulos, dabitur ſibi pro rata portio fructuum huiuſmodi. Ita Fely. in c. accedentes. colum. penul. de præſcrip.

Notabile CIX.

SIgillum capituli dicitur authenticum, ſaltem in pertinentibus ad factum capituli not. Abb in ca. ſignificauit in ii. not. de appella. & Fely in c. ſcripta. in ſi de fide inſtrumen. Idem de ſigillo prælati cathedralis, regularis, vel collegiatæ eccleſiæ notatur in Clemen. ſtatutum de elect. Ita notanter dicit Archidiac. in cap. Curæ ſit, xi q. tertia.

Notabile CX.

SI dicitur in inſtrumento, Abbas cũ omnibus monachis conſtituit ſyndicum, ſufficit verſificari verba in omnibus, qui erant præſentes, licet aliqui fuerint abſentes, ſecundum Fely, in cap. non poteſt. col. penul. de re iudi.

Notabile CXI.

NOn ſufficit, quod canonicus de præſenti ſit infirmus, vt habeat diſtributiones quotidianas, niſi appareat, quod infirmitas fuit cauſa nõ intereſſendi

diuinis, pbãdo; quod ſanus cõſueuerat intereſſe. Ita decidit Fel. in c. ex trãſmiſſa. col. i. in prin. de pſcrip. Abb. in c. ad audiẽtiam col. ii. de cleri. non reſiden. Gemy. in c. vno. §. q vero. in princi eo. ti, in vi. & Anto. Corſetus, in notabilibus ſuis, in verb. infirmus.

Notabile CXII.

SI quis iurauit ſeruare ſtatuta eccleſiæ tanq̃ canonicus, ſi nõ eſt amplius canonicus, nõ aſtringitur iuramẽto, vt p Abb. in cap veritatis. col ſecunda, de iureiurando, facit text. in cap. alius. xv. quæſt. vi.

Notabile CXIII

CAnonicus habens capellam, dum in ea celebrat, non percipit diſtributiones illa hora currẽtes canonicis, quia conſtat quod celebrat vt capellanus. Ita notanter decidit Abb. in c cũ olim. col. ſecũda, alias tertia. & ibi Fely. col. i. de re iudi.

Notabile. CXIIII.

SIcut a ſentẽtia Senatus nõ appellatur, vt. ff. a q. ap pel. nõ licet. l. I. Ita nec a capitulo. gl. eſt in c eccleſia, xvi. q. i. quod tamẽ ſic intelligi debet, videlicet q ſola appellatio interpoſita in capitulo p minorẽ partẽ non impedit ordinationem maioris partis, valet tamen appellatio in effectu, ſi eſt rationabilis, quia probata ratione appellãdi caſſabitur diſpoſitum per maiorem partem. not Abb. in cap. cum in cunctis. colum. i. de his quæ fi. a maio par. cap. Ex quo nota, quod ſi vnus tantum de capitulo iuſtam cauſam aſſignet cõtradictionis, prçualet ille ſolus omnibus aliis ſecundum Archidiaconum in cap. Epiſcopum. lxi. diſtinctio. & gloſſ. in cap. I. lxv. diſtinctio.

Notabile CXV.

PRioratus erectus in eccleſiam cathedralem nõ perdit priuilegia, quæ hẽbat vt prioratus, dũmodo ſint priuilegia apta ꝯuenire dignitati epiſcopali, ita

Fely.in cap cum inferior colum.fi. de malo. & obe. Cui conuenit quod tradit Abb.in cap. dilectus. col. ſecunda de capel. mona. vbi dicit,ꝙ ſi aliquod monaſterium exemptum ex defectu monachorum, reducitur ad ſtatum ſecularem, quod eccleſia remanebit exempta ſicut prius.

Notabile CXVI.

Metropolitanus non poteſt puniri per concilium prouinciale,& hoc quia ipſe eſt caput concilii, vt colligit Abb.in cap graue nimis.colum.ſecunda, de pręben.

Notabile CXVII.

Qui dicantur abſentes vel præſentes, aduertendum eſt,ꝙ in factis concernentibus totam prouinciam,exiſtentes in prouincia dicũtur præſentes,in concernentibus vero dioceſim,omnes qui ſunt in dioceſi,in concernentibus autem ciuitatem, ſeu caſtrum,illi qui ſunt in ciuitate,ſeu caſtro,vt tradit Abb.in ca. fi,colum.vlti.de malo, & obedien.Abſens tamen dicitur ille,qui non eſt in loco,de quo quæritur, vt per Archidia.in cap. Si qua. xii.quæſt.ſecunda.

Notabile CXVIII.

Subditi non debent onerari venire ad congregationem, ſeu capitulum pro libito ſuperioris, ſed temporibus conſuetis,vt tradit Abb.in cap.his quę. colum i. de malo. & obed. & Franciſcus Paulinus, in quinto prælúdio ſui tracta. de autho. cap. ſede vacan. §. Et quod cetus etiam appellatione collegium &c.

Notabile CXIX.

Illi,q tenẽtur intereſſe diuinis offi. nõ ſatisfaciũt, niſi cũ effectu adſint celebrando, & cantando prout dicit Archidia. in cap. fi.de ſenten. excom. in vi. verum eſt quod Abb. in cap. cum olim.colum. ter-

tia, de re iudi. tradit, quod diſtributiones dantur reſpectu intereſſe diuinorum, non præciſe reſpectu cantus, vel alterius obſequii, per cap. vnum. de cleri. non reſi. in ſexto. Sed ipſe Abb. non bene aduertit ad rationem diſpoſitionis illius cap. quæ fuit vt diuinis officiis deſeruiatur, vt in tex ibi in eiſdem officiis deſeruirent. ex quo præualet ſententia Archidiaconi prællegata tenentis, quod non ſatisfaciunt, niſi cum effectu adſint celebrando, & cantando Hoc idẽ voluit gloſſ. not. in verb. Clauſa, ritu. quomodo diuinum officium ſit celebran. in Pragmatica Sanctio.

Notabile C X X.

IN actibus in quibus requiritur præſentia, ſeu conſenſus capituli, poteſt capitulum deputare aliquos de capitulo, qui eius nomine actum expediant. Ita Fely. poſt Abb. in ca non poteſt. colum. quarta, verſi. in actibus. de re iudi.

Notabile C X X I.

SI omnibus legitime votatis compromiſſum eſſet in aliquos ab his, qui ſunt præſentes Et veniret aliquis poſtea de canonicis abſentibus, anteq̃ publicaretur electio, ille ſuperueniens niſi adhuc rem integram inuenerit, non poterit reuocare compromiſſum. Nam quæ bene fecit capitulum, nullo contempto, rata debent haberi, nec propter canonicum ſuperuenientem ſunt mutanda, prout tradit Archid. in c. Factus eſt. vii, quæſt. I.

Notabile C X X I I.

CAnonicus non dicitur habere ſucceſſorem, ſecundum Abb. in ca, quoniam Abbas. colum. v. et ibi Fely. colum tertia, alias quarta, de offic. deleg. vbi dicit, ꝙ ſi non fuiſſent ſolutæ decimæ alicui canonico, illo mortuo peruenirẽt illæ ad capitulum, nõ autem

ad ſucceſſorē Nā licet bona eccleſiæ diuidātur in p̄bēdas, nō tamē p hoc deſinit eccleſia illa bona poſſidere præbēda.n.datur canonico, nō vt illa ſit ſua ppria, ſed vt inde viuat, & quod ſupereſt conuertat in pios vſus. Ita declarat Abb. in c.ratio in fi, de præb.

Notabile CXXIII.

IN diſtributionibus faciēdis attēditur cuiuſcūq; eccleſiæ ꝯſuetudo. Poſſunt ēt canonici inter ſe ſtatuere, vel ꝯſuetudinē inducere ſup qualitate & quantitate diſtributionū, & mō diſtribuēdi, a iure tamē non improbato, prout not. Abb. in c.i in i.not. de cleri. ægrotan, & Arch. in c quia frater, vii q.i.

Notabile CXXIIII.

IN promouendo ad canonicatum, non eſt iure requiſitus certus ordo. Satis enim eſt quod ſit clericus, ſolum enim habemus in iure expreſſum, quod ſi non eſt ſubdiaconus, nō poteſt intereſſe capitulo, tamen ſecūdum indigētiam eccleſiæ, & diſpoſitionem ſuperioris, debet poſtea ꝓmoueri ad ordines maiores. Nam eccleſia collegiata indiget ad ſui regimē presbyteris, diaconis, ſubdiaconis, & inferioribus ordinibus, notat Abb. in c. in eccleſia. iii. not. de inſtitu.

Notabile CXXV.

CAnonicus reputatur abſens, ſi ſit in eadem villa: dūmodo nō poſſit ire ad capitulū, vt p Archid. in c. Si quis. in verb. nequeāt intereſſe. de elect. in vi.

Notabile CXXVI.

SI liber ſtatutorum vniuerſitatis, reputatur pro tali libro, licet non habeat ſubſcriptionem publicā, tamen probat in iudicio, hoc tenet ſing. Bart. in extrauagan. qui ſint rebelles. Et expreſſius domi. Gemy. conſil. xv col vlti. quod eſt ſumme notandum, ſecūdum Pet Rebuffi, in gloſſ vniuerſitatum ſtatuta. §. monemus. in rub. de collatio. in concordatis.

Notabile CXXVII.

EX quo diſpenſatur cum aliquo ſuper pluralitate beneficiorum, videtur etiam diſpenſatum ſuper reſidentia, gloſſ. eſt ſingularis in cap Si quis in clero. vii.q.i. quam allegat & ſequitur Abb. in c qa in tantum. col. viii. de præbend. & gloſſ in cap. non poteſt. eo tit. in ſexto. Non tamen eſt diſpenſatus a reſidentia vtriuſq;, Fely. in cap. poſtulaſti col. xv. de reſcrip ſed debet deſidere in illo, in quo ſibi placuerit, & alteri deſeruire per vicarium, ſi ſint æqualia beneficia. Si vero vnum ſit dignius altero, tunc reſidere debet in maiori, ſeu digniori, iuxta notata per Abb in ca. extirpandæ. columna ſecunda. de præben. & in ſua repeti. §. qui vero. d. ca. extirpandæ vbi iſtud reaſſumit in iii. not.

Notabile cxxviii.

QVando exprimitur eccleſia cathedralis, nõ eſt opus exprimere nomen ſancti, licet ſecus ſit in expreſſione eccleſiarum inferiorum. Ita Fel. in ca. in noſtra. colum. xxx correi xxxix. de reſcrip. Subdens, ꝙ in locis ſolemnibus habentibus eccleſias matrices, non eſt opus exprimere nomen ſancti, licet quandoq; exprimatur.

Notabile cxxix.

LIcet ꝓteſtatio obediẽtiæ ſuperiori in dignitate, quã obediẽs prætẽdit ad ſe ſpectare inducat tacite renũtiationẽ, iuxta ea quæ notãtur in c. ex ore. de his quæ ſi. a malo par. c. Et hoc ꝓcedit quãdo ſit ſponte. Secus aũt quãdo obediẽtia ſit coacte, qa nõ habet intẽtionem ꝑ illã obediẽtiã renũtiare iuri ſuo. Et iſtud declarat poteſtatio emiſſa ante talem obediẽtiam & poſt quia talis poteſtatio iuuat proteſtantem, licet ſit contraria facto, hoc tenet Gemy. in conſil. xv. incip. In nomine indiuiduæ Trinitatis. col quarta.

Notabile cxxx.

NOn valet ſtatutum vel conſuetudo eccleſiæ, quo qui eſt in vna hora, habeat diſtributiones pro omnibus aliis horis, glo eſt in verb vſu pat §. iubet etiam. tit. quo temp. quiſq; debeat eſſe in choro. in pragma.

Notabile cxxxi.

QVando quis tenetur ad reſidentiam, non debet hoc amare intelligi, vt nunq̃ inde diſcedat, ſatis enim eſt, ꝙ temporibus debitis ibi reſideat, prout tradit Abb in cap. ex parte. el. ii. de cleri. non reſi. Archid. in cap. licet canon. in verb priuatus. de elect. in vi. & Card. poſt glo. in Clem. i. quæſt. xii. de foro compe & verbum, reſidere, verificatur in eo, qui eſt in loco beneficii, licet non ſemper interſit diuinis officiis, ſecundum Abb. in cap cum dilectus colum. penult. de cleri non reſi. Idem tenet Gemy. in cap. vno, in princip. eod tito. in ſexto, vbi notat quod clericus dicitur reſidere ſi eſt in ciuitate, vel in loco vbi eſt beneficium, licet non habitet in circuitu eccleſiæ. Eſt autem in eccleſia reſidere, id eſt eccleſię deſeruire. cap. conquerente. de cleri. non reſiden. & cap generaliter xvi q. i. Par eſt enim reſidere, niſi & reſidens curam habeat de beneficio, vt dicit Archidiaco. in ca. licet canon. in verb, ſub reſidentia de elect. in ſexto, & Card. in Clemen. i. quæſt. xiii. de foro compe & Pet. de Anch in dicto cap licet canon. Idem Archid. in cap peruenit vii. quæſt i Et licet habitatio clerici non ſit contigua eccleſiæ, tamen ſufficit, quod non ſit longe remota Fely. in cap. ſi. §. porro. colum. v. verſ. Scias primo vt lite non conte.

Notabile cxxxii.

VNus canonicus poteſt inducere in teſtimonium, ſuum concanonicum contra eiuſdem eccleſiæ cano-

niſcos, quia non eſt magis domeſticus vni q̃ alii, glo. eſt not. in c. ſuper prudentia xiii quæſt. ii.

Notabile cxxxiii.

IN loco vbi eſt ſpecialis, & certa conſuetudo, quo ad diuina officia, non tenentur clerici ſe confirmare conſuetudini eccleſiæ metropolitanæ. not. Abb. in cap. quoniam in ii. not, de offi. ordi. & in cap. paſtoralis. colum. tertia. eo. titu.

Notabile cxxxiiii.

PEregrinus, ſeu penitus ignotus de cuius ordinatione non conſtat, non permittitur celebrare in publico, ſed in occulto. ſic tex. eſt in ca. tuæ fraternitatis. de cleri peregri.

Notabile cxxxv.

LAicus poteſt eſſe notarius curiæ epiſcopalis, & in cauſa ſpirituali, dictum eſt Fely. in cap. decernimus. colum. tertia, verſi. laicus non poteſt. de iudi. Iſtud idem tenet Abb. in cap. quia propter. col. quarta, in princi. de elect. concludens, q laicus poteſt eſſe notarius in actu electionis Idem Abb. in cap. Sicut te. colum. penul Ne cleri. vel mona dicens, q notarius laicus poteſt conficere inſtrumenta ſuper negotiis eccleſiaſticis, contraria opinione non obſtante.

Notabile cxxxvi

POteſt quis ſumere vnam cautelam quando vult recipere ordines ab epiſcopo non ſuo, ſine epiſcopi ſui licentia. Nam obtineat primo beneficium ab alio epiſcopo, & tunc cum ratione beneficii incipiat eſſe ſubditus eius, poterit ab eo ordinari, ſecundum. Ab. in c. cũ iã dudũ col. pe. de præbẽ. p quo facit tex. in ca. cũ nullus. de tẽp. ord. in vi. Vẽ monachus põt ordinari per epiſcopum, in cuius dioceſi natus eſt, licet monaſterium ſit in alia dioceſi ſitum Ita Abb in ca. poſtulaſti. col. ii. de foro compe.

Notabile cxxxvii.

SI clericus eſt adeo claudus, ꝙ nequit aſcendere ad altare ſine baculo, non eſt permittendus celebrare, ſecus quādo aliter eſſet claudus, prout not. Abb. in ca. preſbyterum. in ii. not. de cle. ægrotan.

Notabile cxxxviii.

ADuena ſeu peregrinus, ſine licētia ſui proprii prælati, ſeu rectoris, non debet admitti ad confeſſionem in aliena parochia, nec ibi poteſt abſolui, niſi in caſu neceſſitatis. Iſta eſt concluſio Capel. Tholo. quæſt. cclxii.

Notabile cxxxix.

VNiuerſitas, ſeu communitas debet regi & gubernari per præſidentes illi vniuerſitati. Dictum eſt Abb. in cap. ſi. col. i. de procura.

Notabile cxl.

SI in ægritudine ſumit ſacerdos euchariſtiam, circundabit ſtolla vtrumq; humerum. glo. eſt in ca. eccleſiaſtica in verb. corporis. xxiii. diſtinct.

Notabile cxli.

IN modicis cauſis, non requiritur ſcriptura. gloſſ. in cap. Si quis cum clerico. xi. q. i. in verb. ſine ſcriptura dicit enim, quod ſine ſcriptura procedit prælatus cum iudicat inter ſuos clericos, non obſtat cap. In primis, ii. quæſt. i. vbi dicitur, quod ſententia eſt nulla, quæ ſine ſcripto proſertur, illud. n. tm̄ tenet in criminalibus & maioribus negotiis, ſecundum dictā gloſſ. quam refert & ſequitur Fely in cap. quoniam contra, col. i. verſi. nota primo. de probat. vbi tenet, quod in iſtis modicis creditur aſſertioni iudicis, ſicut etiam ſimplici relationi nuntii, hoc idem tradit Abb in cap. i. colum penult. de libel. obla. dicens, quod in iſtis breuioribus poteſt idem iudex ſcribere acta, & credetur ſuæ ſcripturæ. Idem ſequitur ibi

Fely. columna tertia, verſicu adde Matthæ. ſubdens, quod in iſtis modicis ſufficit probatio ſemiplena, puta famę, vel vnius teſtis.

Notabile CXLII.

CLerici, ſiue in itinere ambulantes, ſiue alibi degentes congruis veſtibus ſibi, vti debent, tex. eſt in cap. nullus. xxi. quæſtio. quarta. Item epiſcopi, preſbyteri, diaconi, ſecularibus indumentis vti non debent, niſi vt condecet tunica ſacerdotali. ſed neq; dum ambulauerit in ciuitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento præſumat ambulare. Ita loquitur text. in capitu. Epiſcopi. xxi. quæſtio. quarta. Item & ſine ornatu ſacerdotali extra domos ſacerdotes apparere nullo modo conuenit, ne vt aliquis ſecularium iniurias patiatur, vt in cap. ſine ornatu. xxi. quæſtio. quarta. Verum ſi clericus, ſeu preſbyter portat veſtem virgatam, vel partitam non continue, nec cauſa vſus, ſed alia, puta ob feſtum ſocii militare vel doctorale, vel vxorale, vel cauſa amœnitatis etiam publice, dummodo talia raro faciat, non eſt propter hoc reprehenſibilis. Punitur enim ſolum clericus, ſeu preſbyter, qui publice vtitur tali veſte, ſecus ergo ſi occulte, puta in camera, vel in prandio. Ita declarat Cardin. in Clemen. ſecunda, columna prima, in ii. not. & columna ſecunda, quæſtio. tertia, de vita & honeſta. cle. Hoc tamen fallit ſi cauſa iſta temporalis vſus non eſt honorabilis, ſed vana, & libidinoſa, puta ſi clericus vtitur iſtis veſtibus ſolum in nuptiis & choreis, vt appareat mulieribus aptus ad choreas & cantilenas, eo modo enim, vel ea intentione vitioſa nunq̃ eſt licitum iſtis veſtibus prohibitis vti. ſecundum Bonifacium de Vitalinis, in d. Clem. ii. §. præſenti. nu. xx.

Notabile cxliii.

SI excipitur contra aliquem, ꝙ non eſt promotus ad ordines, quos debet habere, ſibi incũbit onus probandi ſe eſſe promotum, quia iura mandant ſuper hoc literas confici.c.legum II.q.i.niſi tãta ſit præſumptio pro ordinato, ꝙ transferat onus probandi in excipientem, vt ſi multo tempore deſeruierit in beneficio tanꝗ promotus. Ita notanter dicit Inno. in c. ſuper his, de accuſa. quem refert & ſequitur Ab. in cap. ſicut nobis. colum penul. de re iud. & eſt concluſio dominorum de Rota deciſ. lxxxiiii. in rubr. de proba. & excep in anti. & glo in verb. Inquirant, circa fi. § ordinarii autẽ titu. de pacif. poſſe. in prag. vbi ſubdit, quod tempus decem annorum hoc caſu dicitur antiquum, & ſufficere.

Notabile cxliiii.

IVramentum fidelitatis, poteſt & debet præſtari epiſcopo, a quo beneficium eccleſiaſticum impetratur, vel alteri habenti iura epiſcopalia propter præeminentiam dignitatis. Secus videtur in aliis prælatis inferioribus habentibus collationem certi beneficii, hoc enim iure non probatur, habebunt ergo tantum de iure epiſcopali quantum eſt conceſſum vel præſcriptum, ſecundum Abb. in c. ex diligenti. col. I. & II. de ſymo. Contrariam tamen ſententiam tenuit Fely. in d.c. ex diligenti. colum. I. dicens, non eſſe verum quod dicit Abb. videlicet, ꝙ ſoli epiſcopo præſtetur iuramentum fidelitatis, quia hoc non eſt iure cautum.

Notabile CXLV.

QVilibet eccleſiaſticus, debet adeſſe matutinis & veſpertinis horis, in eccleſia, cuius in loco exiſtit, ex. eſt in ca. ſi. xcii. diſt. Item præſbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas in ſua eccleſia, vt in c. I.

In c.I.de celeb. miſſa. Item in cathedralibus, regularibus,et collegiatis eccleſiis horę canonicę pſalli debent,vt not. in Cle. graui nimirum.de celeb.miſſa. & in cap.Q uod in te. de pœniten. & remiſ.

Notabile CXLVI.

INferentes iniuriam clerico,tenentur ſatisfacere nedum ipſi clerico læſo, ſed etiam eccleſiæ cui videtur facta iniuria ex perſona clerici,vt no.Ab.in c.poſtul. in ii.not.de Iud. & Sarra. & in ca. cum deſiderες.col pe.de ſen.excom.vbi dicit in caſu iniuriæ huiuſmodi,ꝙ remiſſio, ſeu compoſitio facta cum clerico,non tollit actionem competentem eccleſiæ, & intelligit de eccleſia particulari in qua clericus eſt intitulatus,quæ nec etiam poteſt remittere actionem cõpetentem clerico,licet ſuam poſſit. Et ſi clericus iniuriatus plures habeat eccleſias, conſiderandum eſt an altera ſit in commendam, & altera in titulum, vel an iniuria fuerit irrogata propter alteram tantum, vt ſic in primo caſu eccleſia vbi eſt intitulatus, habet actionem. Si vero vtraq; eſt in titulum,& ſi propter alteram tantum iniuria eſt irrogata,illi ſoli competit actio,ſi vero propter vtranq;,vel ſimpliciter iniuria eſt irrogata,tunc competit actio vtriq;. Ita decidit Abb.in c.parochianos.& ibi Fely.col.ſi.de ſentẽ. excom. Hanc concluſionem ſequitur Card. in Cle. I.in v.& vi notabilibus.de foro compe.dicens per illum text.ꝙ iniuria, quæ ſit perſonæ,quæ eſt de eccleſia, ſit eccleſiæ,& ꝙ prælatus non poteſt remittere iniuriam ſibi factam, quatenus concernit eccleſiam. Iſtud idem tenet Fely.in c.contingit.el primo col.ſi. de ſenten.excom.

Notabile CXLVII.

CLericus licite inſtat circa correctionem familiæ ſuæ,etiam moderate verberando. Nec caſus in-

de contingens ſibi imputatur, ſi modum in corrigen do non excedat, ſecus autem ſi modum in corrigẽdo excederet Dictum eſt Abb. in ca. ad audientiam. in l. not. de homic. Item & ſi quis moderate percutiat clericum ſibi ſeruientem cauſa correctionis, non inci dii propterea in aliquam excommunicationem, vt inquit Abb. in. c. ex tenore. de ſenten. excom. Ita etiã dominus poteſt ex cauſa leuiter caſtigare mercenarios ſeruiẽtes ſibi. & dominus ſeruum, & maritus vxorem, & pater filium, vt deducit Abb in ca. cum contingat. col. v. & ibi Fel colum. penul & ſi. verſi quam coertionem habeat vir in vxorem. de foro compet. Subdens vxorem a viro, & filium a patre, aliquandiu detineri poſſe in vinculis, puta in camera. Idem tenet Bartholomeus Chaſſeneus in cõſue. Burgũd. in rub. des iuſtices, & droictz dicelles. in verb. & droictz dicelles. poſt nume lxiii.

Notabile cxlviii.

Nunquid delinquens in aliena parochia ſubiicia tur quo ad forma animæ, iudicio illius ſacerdo tis vbi deliquit, & ſic teneatur illud peccatũ ſibi con fiteri, & ab eo recipere pœnitentiam, gloſſ. eſt ſing. in ca placuit. xvi. q. i. quæ videtur concludere, ꝙ nõ. & ita communiter tenetur, ſecundum Abb. in cap. i. col. i. de rapto. eandem opinionẽ ſequitur Io. Frãci. de rippa. in ſuo tracta. de peſte fol. cl. nume. xliiii.

Notabile CXLIX.

SI ſacerdos producitur in teſtem in iudicio, recta conſcientia poteſt dicere ſe nihil ſcire, ſi hoc tantum ſciebat, vt Deus per confeſſionem ſibi factam. Nam quis poteſt habere duplicem ſcientiam, ſcilicet ſcientiam vnam, vt Deus, aliam vt homo. In teſtem vero producitur vt homo, non vt Deus, & tanꝗ homo nihil ſcit, vnde ſine metu periurii recte poteſt

246

dicere ſe nihil ſcire. Ita ſingulariter Abb. in ca. dilectus.colum penul.de exceſ. præla.vbi ſubdit tamen, q ſi iſte ſciret, vt Deus & homo, vt quia ipſe vidit tanq̃ homo,& audiuit,vt Deus in confeſſione,q hoc caſu tenetur reuelare virtute iuramenti, alias autem nunquam debet reuelare,niſi ſubeſſet maxima neceſſitas, vel vtilitas, vel immineret ſcandalum, tunc enim poteſt dicere & reuelare, ex quo ſcit etiam, vt homo.

Notabile CL.

RElígioſi non tenetur confiteri epiſcopo vel rectori parochiæ, vel ab eis recipere corpus Chriſti, ſed adinuicem audiunt confeſſiones, vel confitentur priori eorum,vt no.in.c.i.xvi.q.i.& Abb.in ca.nimis,le.i.in iii.not.de exceſ.præla.

Notabile CLI.

SIne priuilegio Papæ, vel Epiſcopi non eſt licitum celebrare in loco non conſecrato,etiam cum altari viatico,id eſt portatili,quo frequenter vtuntur clerici,quando celebrant in altari non conſecrato. vt in iſtis oratoriis & capellis dominorum, not. Abb in ca In his quæ.in.i,& ii.not.de priuileg.& eſt tex.in c.vnicuiq.c.clericos c.miſſarum. c. hic ergo. & cap. nullus præſbyter.de cõſecra.diſt.i. Et hoc priuilegiũ celebrandi cum altari viatico,ſeu portatili poteſt cõcedere epiſcopus in ſua dioceſi. Et ſolus papa in toto orbe,ſecundum Abb.in dicto ca in his quæ col.ſi.

Notabile CLII.

BOna preſbyteri decedentis ſine eccleſia, & ſine conſanguinitate, debent peruenire ad epiſcopum loci, non vt ſibi retineat, ſed vt illa diſtribuat, prout ius diſponit. Ita notabiliter Abb. in ca. preſbyteri, per illum text.col.i.de pœnis Idẽ Abb. in cap.i.colum,ſi.& in,c,ii.colum,i.in vlti.not. de-

ſuccesſ. ab inteſta.facit glo.notabilis in ca. cum tibi. de verb. ſignifi. dicens,& in rebus clericorum patrimonialibus, vel quas intuitu perſonæ acquiſierunt, proximiores ſuccedunt clericis inteſtatis,& ſi non habent conſanguineos,eccleſia ſuccedit eis.

Notabile CLIII.

VIgore conſuetudinis, non poteſt quis ſibi eligere confeſſorem,ſicut vigore priuilegii, prout decidit Abb.in cap.ſi. col.viii. de pœniten. & remiſ.per tex.expreſſum in c.ii.eo.ti. in vi. vbi notatur expreſſe,quod nulla poteſt conſuetudine introduci,ꝙ aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſoluere vel ligare. Permittitur tamen epiſcopis, & aliis ſuperioribus, necnon minoribus prælatis exemptis,vt etiam præter ſui ſuperioris licentiam prouidum & diſcretum ſibi poſſint eligere confeſſorem. iuxta dictum c.ſi.de pœniten.& remiſſio.

Notabile CLIIII.

SAcerdos debet currere ad infirmum ſtatim,quando vocatur,quia vitam adimit quiſquis morienti pœnitentiam denegauit.glo. eſt not. in cap.ſi.de pœniten.

Notabile CLV.

SAcerdos non debet cuſtodire euchariſtiam vltra vnam ſeptimanam,ne putreſcat, ſed ſi infirmi illa ſeptimana non indigeant, debet ſacerdos antiquam cum noua,quam conficit,conſumere,& alteram innouatam reſeruare,vt tradit Abbas,in cap.permittimus. in ſecundo not.de ſenten.excommu.

Notabile CLVI.

PRohibitio concernẽs vniuerſitatem vt vniuerſos, non extenditur ad ſingulos, quando non eſt eadem ratio. Ita & econuerſo prohibitio concernens

ſingulos non extenditur ad vniuerſitatem quando eſt diuerſa ratio. Vbi autem ſubeſt eadem ratio, tunc vbiq; habet locum prohibitio. Ita dicit Bonifacius de Vitalinis. in Cle. I. in xvii. not. numero xlvii. & ſequenti, de regularibus.

Notabile CLVII.

SVrrexit generalis conſuetudo, quam papa ſcit & tolerat, vt quis poſſit habere plura ſimplicia beneficia, vel vnum non ſimplex cum ſimplici, ſecundum Cardi. in Cle. gratiæ. q. vii de reſcr. hoc idem dicit Abb. in cap dudum. el ii. col. octaua, alias nona, in glo. in verb. vtranq; de elect. & in cap. extirpandæ. §. qui vero. colum. tertia, verſic. Sed quæro &c, de præben. & idem Abb. in cap. de multa. in iii. not. eo. ti.

Notabile CLVIII.

SI Canonicus fuit electus ad aliquam dignitatem, & epiſcopus eo præſente dat præbendam ſuam, & ipſe non contradicit, valebit ex nunc talis collatio præbendæ dato, q̄ poſtea caſſetur electio dignitatis, non poterit tamen poſtea iſte ad ſuam præbendam reuerti, quam per prædicta viſus eſt habere pro derelicta. Ita notabiliter Archid. in c. Si ſeruus ei li. liiii. diſtinctio. quem allegat & ſequitur Ioan. de Selua in tertia parte ſui tracta. de beneficio. q. x. nume. octauo. & Nicol. Boerii, in addi. ad Dy, in regula, qui tacet. de reg. iur. in vi.

Notabile CLIX.

EXpenſæ funeralium pertinent ad hæredes bonorum, & non ad ſucceſſores beneficiorum defuncti, Ita conſuluit Decius in ſuo conſil. clvii. Verum, tradit Abb. in c. vt præteritæ. col. penul. verſi. & ex prædictis. de elect. q̄ expenſæ concernentes ſolatium ſeu remedium animæ defuncti, debent fieri ex bonis prælaturæ quantuncunq; prælatus habuerit pro

prium. Expenſæ vero, quæ ſiunt ad conſolationem & pompam viuorum, vt magnus apparatus funerum, in veſtibus, & aliis ſimilibus, non ſunt deducenda ex bonis prælaturæ, ſed pertinent ad hæredes. Et de iſtis forſan intelligit Decius in d. conſil.

Notabile CLX.

SI quis iurauit ſtare mandatis prælati, ſeu illi obedire, intelligi debet in his quæ ſpectant ad officium prælati. Ita Abb. in ca. ſuper quibuſdam. col. ii. in fi. de verb. ſignifi.

Notabile CLXI.

LIcet quis decedat ſine confeſſione in extremo vitæ facta, debet tamen ſepelliri in cœmiterio eccleſię, ex quo confeſſionem non contempſit, ſed morte pręuentus eſt, niſi contempſiſſet per annũ confiteri, iuxta formam. ca. omnis vtriuſq; de pœniten. prout tradit Abb. in c. ex parte el ii. de ſepul. Idem in c. ad audientiam. de torneamentis. Subiiciens, quod ſepultura conceditur etiam ei, qui non recepit corpus Chriſti, & extremam vnctionẽ: quod intelligit quando prætermiſit ſine contemptu.

Notabile CLXII.

SI epiſcopus conferat ordines in aliena dioceſi ſeu ciuitate, & narret per litteras collationis ordinum huiuſmodi, ꝙ hoc fecerit de mandato epiſcopi illius territorii, probatur ex tali narratione licentia ordinandi huiuſmodi, vt inquit Fely. in ca. Albericus. col. fi. de teſt. Subdens idem eſſe tenendum in aliis ſimilibus, quæ ſunt modici præiudicii. Idem Fely. in cap. Sicut colum. xiii. de re iudi.

Notabile CLXIII.

NVllus in cathedralibus, vel collegiatis ſecularibus, vel regularibus eccleſiis vocem in capitulo habet, etiam ſi hoc ſibi ab aliis libere concedatur,

niſi ſaltem in ſubdiaconatus ordine fuerit conſtitutus. Illi vero, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi pacifice obtinent in eiſdem eccleſiis, niſi iuſto impedimento ceſſante, ad huiuſmodi ordines ſe promoueri fecerint infra annum, ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullam etiam in capitulo vocem habent. Ipſiſq; diſtributionum, quæ dantur his, qui certis horis interſunt, pars dimidia ſubtrahitur. Ita loquitur text. in Clemen. ſecunda, de æta. & qualita. Hac tamen conſtitutionem non tangitur ille, qui eſt caput ſeu principalis prælatus eccleſiæ, vt eſt gloſſ. nota. ab omnibus approbata in dicta Clemen. ſecunda. & ibi Cardina. in. iiii. not. Nam principalis prælatus non caret voce capituli, licet non ſit in ſacris, ſecus in non principali. Sic tradit Cardina. in Clemen. prima. colum. tertia, verſitu. quarto opponitur. de regula. Subdens quod prælatus non dicitur habere vocem in capitulo, nec proprie eſt pars capituli, vt not. d. glo. in dicta Clemen. ſecunda. Sed eſt principalis in capitulo, ex quo Cardina. dicit ſubſequenter ibi in. vi. oppoſitione, ꝙ prælatus principalis non excluditur a voce, quam habet, vt prælatus. Sed ſi haberet vocem etiam vt canonicus, a tali bene excluderetur in caſu, dicta Clemen. ſecunda, de æta. & quali. Nec etiam videtur, quod pœna ſubtractionis diſtributionum, de qua loquitur dicta conſtitutio, cadere debeat in principalem prælatum eccleſiæ, vt ibi tenet Cardina. in quæſt. nona. Et quid ſi canonicus cui ſubtrata eſt dimidia diſtributionum non poteſt inde ſuſtentari. Dicit gloſſ. in d. Cle. ii. in verb. pars dimidia. & ibi Cardi. q. xx. de æta. & qual. quod non propterea habebit reſiduum.

Notabile CLXIIII.

OMnes clerici habitantes in parochia, ex quo non habent curam per ſe, ſunt ſub cura preſbyteri parochialis, & debēt conuenire cum reliquis parochialis laicis ibidem ad diuina, vt not. in cap. & hoc attendendum. de conſecra. diſtinctio. I. Ita concludit Abb. in c. vt dominicis. verſic. vltimo hic quæritur, de paroch. Idem. in cap. I. colum. ſecunda, de vita & hone. cleri. Subdens, ꝙ non miſſa peculiaris, ſeu priuata eſt in præcepto, ſed miſſa magna & publica, quę celebratur cum cantu, illa eſt enim quam laici, & etiā clerici maxime non curati diebus dominicis, et aliis præcipuis diebus (iuſta cauſa ceſſante) debent audire. Conſuetudo tamen habet oppoſitum, ſed de iure primum verius eſt. vt ibi per eundē Abb. deducitur.

Notabile CLXV.

PRæſidens collegio regulari, ſi non promoueatur infra annum ad ſacerdotium, priuatur ipſo iure ſine alia monitione, tex. eſt iuncta gloſſ. in Clemen. ne in agro. §. cæterum. & ibi Bonifacius de Vitalinis. verſicu. xxxiiii. & ſequenti. de ſtatu monacho.

Notabile CLXVI.

PRiuilegio honorabili eccleſiæ, non poſſunt canonici expreſſe, vel tacite renuntiare, vt tradit Inno. in cap. accedentibus. de priui. cuius dictum ſequitur Abb. in c. cum acceſſiſſent. col. I. de conſt. & Fel. in ca. Si diligenti. col. v. correlario tertio, de foro compe. niſi per pactum vel renuntiationem huiuſmodi rediretur ad ius commune. Nam pactum vel renuntiatio prælati poteſt præiudicare eccleſiæ, poſſuntq́ illi de eccleſia renuntiare præſcriptioni vel priuilegio honorabili, vel fauorauili eccleſiæ quando per pactum, ſeu renunciationem reditur ad ius commune. Ita decidit Abb. in c. veniens. col. v, & ibi appoſtil. ad eū. de

24

præſcrip. & Felyn.in d.c,veniens.col.ſi.verſi. Et conſidera,quod in caſu &c.

Notabile CLXVII.

PRiuilegium conceſſum perſonis reſpectu certi loci,non extenditur extra locum,vnde cenſetur priuilegium potius reale q̃ perſonale, vt not. Abb. per illum tex.in.c. cum ca.in i.no.de priuil. Idem Abb. in c.quoniam.col. ſi.in iii.no.eo.ti.dicens,quod priuilegium conceſſum perſonæ reſpectu certi loci,non ſequitur perſonam extra illum locum, vnde ſi moratur in alio loco,non gaudet priuilegio. Et priuilegium conceſſum perſonis perditur ex non vſu per decem annos,ſed ſi conceſſum fuerit eccleſiæ requiritur ſpatium quadraginta annorum, anteq̃ perdatur ex non vſu,ſecundum Abb,in ca.vt priuilegia,colum. penul.in ſi.de priuileg.

Notabile clxviii.

IN loco vbi quis adipiſcitur dignitatem, efficitur ciuis.Abb in c.quia in tantum.in ſi. de præben. Hoc idem tenuit Fely. in cap.dilectus. el ii. col i.& ii.de reſcript.dicens, quod clericus ſecularis habens beneficium requirens reſidentiam, ſortitur ibi domicilium. Item & ꝙ rector cuiuſlibet eccleſiæ efficitur ciuis loci vbi eſt eccleſia. Et idem dicit in abbatibus, & aliis præpoſitis eccleſiarum.

Notabile clxix.

POteſt quis licite in eccleſia doctorari vel magiſtrari,quia actus huiuſmodi eſt licitus, honeſtus, & eccleſiaſticus.Sed ſocietates parlamenta,& conſilia laicorum regulariter prohibentur fieri in ecceleſia,niſi pro actu pietatis,vel ſpiritualitatis.Ita notabiliter Abb.in c.cũ eccleſia.col.pe,& ſi, de immunitate eccle.Eccleſiaſtica.n.et ſpũalia negotia poſſunt in eccle. tractari vnde poſſunt,ibi clerici ſynodũ facere, & de

libertate eccleſiarũ,ſtatu clerici,& reformatione morum tractare,Prout dicit Pet.de Anchara.in.c.decet domum.in v.not.eod.tit.in vi.Item cauſæ eccleſiaſticæ poſſunt etiam iudicialiter tractari in eccleſia, ſecus in iudice ſeculari.Nam eius iudicium agitatum in eccleſia non valet.not. Abb.in ca qua fronte.col. i,de appella.Decius tamen tenet ibi.col i.contrariũ dicens,ꝙ in punctis iuris videtur dicẽdum,ꝙ etiam cauſæ eccleſiaſticæ prohibeantur tractari in eccleſia. bene verum eſt ſecundum eum,ꝙ nõ obſtante tali ꝓhibitione valeret talis ꝓceſſus,qa dũtaxat in cauſis ſecularibus proceſſus agitatus in eccleſia annullatur.

Notabile CLXX.

IVrans obedire principi,vel prælato, intelligitur obligari,principe ſeu prælato manẽte in illa dignitate,vnde iuramentum non obligat eo priuato,text. eſt & ibi gloſſ.& Abb.in c.venerabilem.circa fi. de elect. Idem Abb. in cap.cum ex iniuncto, colum.ſecunda,de no.ope.nuntia.

Notabile clxxi.

NOn in priuatis domibus,ſed in eccleſiis vbi ſunt fontes ad hoc deputati debet cõferri baptiſmus, niſi regum vel principum liberis, aut talis neceſſitas emerſerit, propter quam nequeat ad eccleſiam abſq; periculo ꝑpter hoc acceſſus haberi. Ita loquitur tex. in Cle vna.de baptiſ & eius effec,vbi Card.in.ii.not. dicit, ꝙ generaliter quælibet ſpiritualia in eccleſia ſunt agenda, pro quo facit tex. in cap. conuenior. xxiii quæſt. octaua, diſponens, ꝙ cauſa fidei agenda eſt in eccleſia. Hoc idem firmat Bonifacius de Vitaliniis in dicta Clemen.vna in i.no.allegat Autent. vt in prima.do.ſacra miſte. non ſi. per totum,collatio.v.& ca.quia fronte.& ibi no. de appella. Item, & etiam benedictio nuptialis,& ſolemnitates ad hoc

ſtatutæ fieri,& recipi debent in eccleſia, tex, eſt in c. noſtrates,& in ca.Sponſus.xxx.quæſt v.

Notabile CLXXII.

OBlationes,quæ fiunt in capella ſita infra parochiam alicuius eccleſiæ, non cedunt capellæ,ſed eccleſiæ parochiali. Hoc tenet Abb. in cap. paſtoralis, in li. no. de his quæ fi. a præla. & Fely. poſt Abb. in ca.dilectus.colum.ſecunda,verſi. & adde, ꝙ ſi archiepiſ.de offi. ordi.inferens,quod oblationes factæ celebranti infra parochiam alterius,cedunt presbytero parochiali,& non ipſi celebranti.Et in dubio oblationes,quæ fiunt altari poſito in eccleſia, reputantur fieri contemplatione eccleſiæ. Et ideo non debentur altari, ſed rectori eccleſiæ, niſi in ipſo altari eſſet aliqua imago,vel titulus ſancti,cuius intuitu fierent oblationes, & hoc apparet ex coniecturis, quia tunc deberentur rectori altaris. Ita declarat Fely. in dicto ca.dilectus,col.ii.& ili & ibi dicit Abb.col.ſecũda. quod monaſteria habent adhuc hodie hanc ſpecialitatem, quod licet non habeant parochiam, nec curam animarum, ſed ſint infra parochiam alterius eccleſiæ,tamen oblationes quæ ibi fiunt,cedunt monaſterio,& non eccleſiæ parochiali vel epiſcopo. Secus autem eſt in eccleſia ſeculari non curata.Item & oblationes qaæ fiunt imagini depictæ in muro infra limites alicuius parochię,cedunt presbytero parochiali,vt per Abb.vbi ſupra,& in rubrica de parochiis.

Notabile CLXXIII.

MOnachus contra ſuum Abbatem poteſt agere pro alimentis in futurum ſibi præſtandis, ſed non pro ſubtractis, concluſio eſt dominorũm de Rota . cccv . deciſione in rub de iudicibus, & de ſta. mona.in nouis.& Fely.in ca.ex parte. colum. ſi. de accuſa.

Notabile clxxiiii.

VAlet præſcriptio, vt eccleſia particularis non teneatur cõtribuere cum aliis eccleſiis in oneribus communibus, vt inquit Abb. in c. dilectus. col. fi. de offi. ordi. Idem dicit ibi Fely. col. penul. alias fi. verſ. circa nonum membrum. Circa iſtud tamen notandum eſt, quod ille, qui exigit annuam pẽſionem vel certam partem oblationum in omnibus eccleſiis vel monaſteriis ex conſuetudine vel præſcriptione, & vult exigere in vno quod non ſoluit, aut eſt epiſcopus cui ſubſunt omnes eccleſiæ, & poteſt exigere etiã in iſto, aut eſt alius, & non poteſt, & eſt ratio ſecundum Pet. de Ancha. iſtud decidentem in reg. ſine poſſeſſione. col. xxii. & ſequenti, de reg. iur in vi, quia de iure communi epiſcopo omnia ſubeſſe videntur, & ne vna & eadem eccleſia diuerſo iure cenſeatur.

Notabile clxxv.

SI in eodem volumine ſtatutorum reperiũtur duo ſtatuta fere contraria, debet euitari correctio quantum poteſt, & fieri reductio ad concordiam per ſubauditionem. Abb. in cap. gratum. in i. not. de offic. deleg pro quo eſt text. notabilis in ca. cum expediat, de elec. in vi. alias autem ſi non poſſunt concordari, vltimum ſtatutum tollit primum contrarium. prout dicit glo. ſing. in ca. vt officium §. denique in verb. duabus. de hæreti. in vi. quod Fely. in dicto ca. gratum. in princip. dicit eſſe verum, niſi primum ſtatutum prouideat in vno caſu ſpeciali, quia tunc vltimum generale non tollit primum in illa ſpecie, vt ibi per eum. Hoc idem tenet gloſſ. in l. ſciendum. ff. qui ſatisda. cogan. & ibi Iaſon in princi. columna quarta. eandẽ ſententiã ſequitur Hippolytus Marſil. ſingula. ſuo ccxciii. incip. ſtatutum tollens. Felynus in cap. ex parte el ii. columna tertia. & ibi Decius,

columna quarta. in tertia fallentia. de offi. deleg. vbi ſubdunt, quod non eſt veriſimile ſtatuentes voluiſſe primum ſtatutum eorum per ſecundum corrigere, niſi in caſibus expreſſis.

Notabile clxxvi.

MAndatum vicarii epiſcopi præſumitur, ſi non negetur. Et ſi negetur, ſufficit nominationem, & reputationem communem probare, iuxta. l. Barbarius. ff. de offi prætо. Ita Fely. in ca. Sicut. colum. xviii. verſi. primo, vt non procedat. de re iudi. Et petens ſe reſtitui ad poſſeſſionem beneficii, ſi deducit collationem vicarii ſatis colorat titulum, licet non probet, quod mandatum vicarii extendat ſe ad collationes, ſecundum Fely. in ca. cum ſuper. colum. vii. de re iudi.

Notabile CLXXVII.

CAnonicus poteſt agere proprio nomine pro iuribus præbendæ ſuæ, abſq; alio mandato prælati, vel eccleſiæ ſuæ, dummodo præbenda ſit annexa canonicatui irreuocabiliter iure perpetuo, & loco firmi beneficii. Sed vbi certum prædium concederetur Canonico ab Eccleſia ad ſimplicem vſum, non tamē ad beneficium irreuocabile, non poſſet tunc canonicus agere vel conueniri pro præbenda. Ita declarat Fely. in cap. ex literis. col. ii & ſequenti, de proba.

Notabile CLXXVIII.

NVllus circa papam poteſt alterare ſtatum eccleſiæ religioſæ, vt ſi conſueuit regi per regulares, regatur nūc per ſeculares, niſi regulares nō reperirentur, tunc enim poteſt reduci ad ſtatū ſeculariū, tex. eſt in ca. Inter quatuor. & ibi Abb. de religio domi.

Notabile CLXXIX.

NEmo poteſt alium baptizare, vel ipſum de ſacro fonte leuare, quin poſſit eſſe pater ſuus carnalis.

Et ſic quod præcedat baptizandum in plena puber-tate,id eſt ꝙ ſit maior xviii.annis. Et ex hoc notetur quaſi nouum, ꝙ non debet quis admitti ad leuan-dum aliquem de ſacro fonte, vt ſit pater eius ſpiri-tualis,niſi præcedat,ſeu ſit maior xviii.annis. Nam abſonum videtur eum fieri patrem ſpiritualem, qui nõ poteſt eſſe carnalis.Cõcluſio eſt Ab. in,c.debitũ. in ii.not.de bapti.ſubdẽs,ꝙ ad ſubſtantiam baptiſ-mi nõ reqritur leuãs de fonte,ſeu ſuſcipiẽs de ſacro fonte,ſed ſufficit ipſe baptizatus cum baptizante, le uãs ergo potius interuenit ad ſolẽnitatem actus,ꝗ̃ de neceſſitate.Et fuit hoc introductum ꝑpter paruulos, ꝗ nequeũt reſpõdere in cathecíſmo, vt ibi ꝑ eũdem Abb.eãdem cõcluſionem tenuit Angel. de Claua.in ſua ſum in verbo baptiſmus.viii.verſi. vtrum nõ ba ptizatus & ſequẽti,ſubdẽs,ꝙ vnus tãtum debet tene re ad baptiſmum.c.in cathecíſmo.& ca.nõ plures.de conſecra.diſtinctio,quarta,ſed tamen de conſuetudi-ne non ſeruatur.

Notabile CLXXX.

SI aſſignetur ꝑ canonicos media præbẽda vni ſacri ſtæ ad ſuſtẽtationem ſuam,tamẽ habẽs talem ſa-criſtiam nõ tenetur de illa in impetratione facere mẽ tionem,q̃a hoc nõ eſt beneficium eccleſiaſticum, ſed quoddã officiũ qđ nõ datur in titulũ,vt not.Calde. cõſil.vi.tit.de præbẽd.& conſil.xxx eo.ti. Nec obſtat dictũ Inno.in.c poſtula.de reſcript,dũ inqt, quod ſi aliqs habet redditũ vel detẽtionem,aut poſſeſſiones ab eccleſia,debet de his facere mẽtionẽ,quod intelli gitur in reſcriptis de iuſtitia,ſecus in reſcriptis gratio ſis,vt not,docto ꝑ illũ tex.in d.ca poſtul.ſm ioã.de Sel.in.iii parte ſui tract de bñficio,q.xli.verſ.xiiii.

Notabile clxxxi.

VBi canonici non expectant confirmationem,poſ

ſunt renuntiare in manibus capituli, ſecũdum Abb. in ca. quod in dubiis. colum. penul. verſic. ſed eſt dubium. de renuntia.

Notabile clxxxii.

PReſbyter, q fontẽ lapideũ habere nequerit, vas cõueniẽs ſolũmodo ad baptizãdi officiũ hẽat, iuxta dictũ ca. omnis preſbyter de cõſecra diſtinct. quarta.

Notabile clxxxiii.

CAnonicatus poſſeſſio acquiritur per aſſignationem ſtalli in choro, & loci in capitulo, vt in cap. Dilectus filius. el. i. de præbend. & not per Inno Hoſtien. & alios in ca. ex literis. de ſponſal. in iure enim canonicali acquiritur poſſeſſio cum datur ſtallum in choro, & locus in capitulo, ſecundum Archidiaco. in cap. licet epiſcopus. in princip. de præbend in ſexto. Iſtud idem tenet Bartachinus in prima parte. tertio libr. ſui tracta. de Epiſcopo. quæſt. lv. nume lxxii. Nam de generali conſuetudine, quæ pro iure obtinet, & ſeruatur generaliter, poſſeſſio iuris epiſcopalis, vel archidiaconatus, ſeu alterius cuiuſcunq; dignitatis acquiritur per inſtallationem in ſede, vel in loco ad hoc deputato, dictum eſt Inno. in cap in literis. de reſti. ſpolia. quod etiam ſequitur Pet. de Ancha. in reg. ſine poſſeſſione. colum. xv. & ſequenti. de reg. iur. in vi. ſubiiciens, ꝙ apprehenſa poſſeſſione corporis eccleſiæ cathedralis, vel collegiatę, aut monaſterii, ſeu alterius cuiuſcunq;, videtur quæſita poſſeſſio dignitatis, & prælaturæ omniumq; poſſeſſionum & iurium earumdem.

Notabile clxxxiiii.

SI eccleſia, ſeu capella conſtructa in fundo alterius eccleſiæ, non habuerit proprium rectorem, dicit Fel. in c. ex parte S. col. i. de reſc. ꝙ tunc & eo caſu prę atus maioris eccleſiæ, erit rector vtriuſq;.

Notabile CLXXXV.

CApellaniam inſtitutam & fundatã in parochiali eccleſia poteſt rector ſeu prælatus ipſius eccleſiæ ſimul cum ſua prælatura ſine diſpenſatione papæ obtinere, ſecundum Lap. alleg. ſua. cxvi. & ſequenti, eandem opinionem ſequutus eſt Fely. in cap. ex parte S. colum. i. & ſecunda, de reſcr. & ſic poteſt quis beneficium in eadem eccleſia ſine diſpenſatione habere in titulum & capellam non curatam, etiam requirentem celebrationem, poteſtq; eſſe canonicus & capellanus in eadem eccleſia, licet non poſſit duos canonicatus, vel duas capellanias, aut alia plura conformia beneficia, etiam duo altaria in eadem eccleſia habere, pront decidit Pet. Rebuffi in rubrica de mandatis Apoſtolicis. §. i. in gloſ. Ita tamen, in cõcordat.

Notabile CLXXXVI.

CApella in qua, licet ſingulis diebus miſſa debeat celebrari per illius rectorem, non tamen propter hoc requirit perſonalem reſidẽtiam, ſed ſufficit ſi per alium deſeruiri faciat, & miſſam celebrari, ſecũdum Lap. alleg. ſua cxvii. quod ſi non fecerit, Epiſcopus ſuper hoc prouidebit per priuationem vel fructuum ſubtractionem. Ita idem Lap. alleg. ſua. cxvi.

Notabile clxxxvii.

SI canonici ſeu alias beneficiati, vltra commoditatem ipſorum, non poſſunt conferre ad fabricam eccleſiæ, niſi parce viuendo, non tenentur ad hoc, Sed ſi aliquid ſupereſt vltra commodittatem, ſolus epiſcopus poteſt eos compellere ad deputandum ſuperflua ad fabricam neceſſariam, per ca i. de eccle. ædi. & cap. de his eod. titu & quod ibi not. per doct. ſecundum Abb. in cap. ſi. de his quæ ſi. a maio par. cap. in fine.

Nota.

Notabile CLXXXVIII.

QVilibet tenetur ſcire ea quæ requiruntur ad officium ſuum exercendum, alias autem tenetur, ſi committit per ignorantiam aliquem errorem, vt tradit Abb. in ca. Sicut te. ne cle. vel mona. in fi.

Notabile CLXXXIX.

HAbens iuriſditionem in loco vel ius prælaturæ cum poſſeſſione, ſeu dominium loci, & poſſeſſionem, vel poſſeſſionem legitimam tantum, licite poteſt ad remouendum obſtaculum ſibi paratum irrue re tam in perſonam impedientem, q̃ in hoſtium, & muros loci, illa rumpendo, vt valeat vti iure ſuo Secus autem ſi ſolummodo habet poſſeſſionem alicuius iuris in illo loco, non tamen poſſidet totum locum ſimpliciter. Iſte enim non poteſt frangere hoſtium, ſeu murum, vel ſepem, ſed bene poteſt diſtringere perſonam eum impedientem, & vim vi repellere. Ita concludit Abb. in cap i. colum. ſecunda, alias tertia. de immunita. eccle. Et de hac materia videatur ad plenum Pet. de Ancharano in reg fine poſſeſſione. colum. xlii. & ſequenti, de reg. iur. in vi. vbi tandem concludit poſſeſſorem poſſe violenter remouere obſtaculum per quod impeditur vt iure ſuo, ſi poſſeſſio, ſeu quaſi concernit vſum ipſius rei, cui adhęret, vt quaſi poſſeſſio hoſpitandi, ſiue habitationis, vel itineris, & ſimil. Si vero non concernit vſum rei, ſed ex re debetur aliqua præſtatio, puta penſio, cenſus, decima, & ſimilia, quia iſta nullum habent vſum rei, ex quo hoc percipit., ſi ſibi denegatur præſtatio, non videtur, quod poſſit violenter ingredi in rem illam cenſualem. Nam talis quaſi poſſeſſio non eſt fundata in illa poſſeſſione, ſed in pręſtatione poſſeſſoris.

Notabile CXC.

IN quadrageſima, & aliis ſolemnibus ieiuniis, lici-

tum eſt infirmantibus comedere carnes,tex.eſt nota-bilis in c.ii.§.ſi.de obſerua ieiunio.vbi Abb.in vir. no.dicit,quod etiam exiſtente cauſa,non tamen de-bet quis vti carnibus in ieiuniis ſolemnibus ſine li-centia epiſcopi. Et requiritur hæc licentia,vt epiſco pus ſciat diſtinguere inter infirmitatem & infirmita tem. Vbi tamen cauſa eſſet vrgens,nō putat ibi Abb. illum delinquere,qui ſine licentia hoc faceret. Et in hoc,ꝙ nedum poteſt epiſcopus, ſed etiam debet in-dulgere poſtulantibus tali tempore eſum carnium, vt no. ibi.

Notabile CXCI.

CVm matrim onia ſunt contrahenda, debent per preſbyteros in eccleſia edicta proponi aſſignato termino,infra quem qui voluerit,& voluerit legiti-mum impedimentum,ſi quod ſit, opponat. Et ipſi preſbyteri nihilominus inueſtigent vtrum aliquod impedimentum obſiſtat.Cum autem apparuerit pro babilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe,donec quid fieri de beat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis,iux-ta dictum ca.cum inhibitio de clandeſti.deſponſa-.

Notabile CXCII.

CLerici debent conuenire ad chorum non tarde, debent enim in eccleſia eſſe a principio officii, vſq; ad finē,prout tradit Card.in Cle.graui.in viii. nota.de celebra miſſa.& gloſſ.in verb. cenſeatur §.i. ti.quo tempo. quiſq; debeat eſſe in cho o. in prag.

Notabile CXCIII.

ECcleſia locari poteſt quoad fructus, etiam laicis, quandoq; etiam Abbates locant ſuis monachis, vt tenet Card in Clemen. vna, in verb.præſentatos. not.viii.de exceſ præla. Idem dicit Abb.in c.veſtra. de loca.concludens per illum tex.quod fructus deci

marum poſſunt locari, ſeu concedi ad annuum cenſum etiā laicis libere et ſine licentia ſuperioris, quod intelligi debet ſecundum eum de locatione facta ad non magnum tempus, puta pro nouem annis. Nam non ſolum prædia omnia eccleſiæ, ſed etiam illius obuentiones, & quicquid obuenit eccleſię locari poteſt etiam laico, qui collector talium eſſe poteſt, vt tenet apoſtil. ad Abb. in cap. fina. in verb. laico. ne præla vices ſuas in fine, licet dicat ibi Abbas, quod eo caſu laicus debet ponere ibi clericum loco ſui pro recollectis obuentionum eccleſiaſticarum, ne contingat laicum aliquid ſpiritualitatis attingere.

Notabile CXCIIII.

SI Fratres habent licentiam ab epiſcopo prædicandi in parochialibus, vel aliis eccleſiis, tūc poſſunt prædicare, etiam contra beneplacitum ſacerdotum, & nulla licentia petita vel obtenta ab eis, quia epiſcopus & alter prælatus ſuperior ex officio curam gerit in ipſis eccleſiis maiorem q̃ ſacerdos. Ita ſcribit Card. in Clemen. dudū §. ab olim. xxvii. q. de ſepul.

Notabile CXCV.

CLericus, vel preſbyter licite poteſt inſiſtere ad ędificationem eccleſiæ, nemo enim reprehendi poteſt, quod eccleſiam ædificat. c. aurum. xii. q. ii Et ipſemet preſbyter iuuare poteſt in propria perſona, & licita iudicatur talis operatio, vt ponit Abb. per illum tex. in cap. fi. in i. not. de homici.

Notabile CXCVI.

AD validitatem collationis, vel præſentationis, ſeu electionis, nō requiritur neceſſario quod collatores ſeu eligentes habeant ius conferendi, ſeu eligendi, ſed ſatis eſt, quod ſint in quaſi poſſeſſione illius iuris, hoc voluit Abb. in cap. querelam. colum. tercia, de elect.

Digitized by Google

Notabile CXCVII.

SAcerdos poteſt celebrare poſt confeſſionem nõ ex pleta pœnitentia ſibi iniuncta. Et licet ſit deuo‑tius, vt prius expleatur, non tamen neceſſarium eſt, dummodo non ſit in mora ipſam explendi, ſecun‑dum Abb. in cap. de homine. de celebratione miſ‑ſa. in ſina.

Notabile CXCVIII.

A Sacerdotibus Euchariſtia in loco ſingulari, mun do, & ſignato ſemper honoriſice collocata deuo‑te ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruari debet. Sacerdos vero frequenter doceat plebem ſuã, vt cum in celebratione miſſarum eleuatur hoſtia ſa‑lutaris, ſe reuerenter flexis genibus inclinet. Idem fa‑ciens cum eam defert preſbyter ad infirmum, quam indecenti habitu ſuperpoſito mundo velamine ferat & referat manifeſte ac honoríſice ante pectus, cum om ni reuerentia & timore, ſemper lumine præcedente cum ſit candor lucis æternæ, vt ex hoc apud omnes fideles deuotio augeatur. Iſte eſt text. iuncta glo. in. cap. ſane. de celebra. miſſa. & in cap. primo, de cuſto. eucha.

Notabile CXCIX.

SVpellectilia in eccleſiis poni non debent, niſi pro‑pter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, ſeu alias neceſſitates vrgentes ad eas oporteat haberi refu gium. Sic tamen, vt neceſſitate ceſſante, res in loca pri ſtina reportentur. Ita loquitur tex. in ca, ii, de cuſto. euchariſtiæ.

Notabile CC.

